Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Petronius Arbiter

T. Petronii Arbitri Satyricon : cum notis CLL. Virorum

Jenae: Bielke, 1702

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816945039

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816945039/phys_0001
DFG

20. b. 16.

Cd_7591.

6
L.II.e.3574.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816945039/phys_0002
DFG

T. PETRONII ARBITRI SATYRICON

cum notis

CLL. VIRORUM

ad formam

JOH. MIN-ELLII,

textui subjectis.

Accesserunt connexiones è fragmentis Trajur. & Albæ Græcæ repertis.

JENÆ,
prostat ap. JOH. BIELKIUM,
CIↃ IↃCCII.

k.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn816945039/phys_0006
DFG

Lectori Honoratissimo

S. P. D.

Bibliopola.

PRodiit anno superiore, manu CL. Viri, GEORGII PHÆDRI (sub quo quidem nomine, tanquam Apelles post tabulam, latere voluit Amicus quidam honoratissimus) obstetricante PETRONII ARBITRI SATYRICON, puritate donatum, ejectis obscœnis, notisque CLL. VIRORUM, iisdem autem adhuc partim anecdotis, juventutis etiam studiis, sumtu nostro, accommodū. Qui liber tantum abest, ut vota destituerit nostra, ut ejus potius distracta pleraque exemplaria nobilissimæ juventutis non tantum manibus terantur, sed & eruditissimorum Virorum favorem abunde collegerit. Placuere præter styli elegantiam,

qua jam olim gratiam omnium meruit venustissimus Arbiter, optimi Autoris opera limatissimæ annotationes textui subjectæ, quibus factum, ut sine interprete legi Sirenes istæ & intelligi queant. Neque defuere tamen, qui prisco etiam habitu, cæterum iisdem plane notis stipatum, edi Petronium discupierint, ut nova, quam vocat Arbiter, simplicitate, qui per ætatem judiciumque satis confirmatum sine offendiculo legere reliqua posse videbantur, se liber probare posset. Quorum desideriis satisfacturi, eo jam cultu elegantiarum Arbitrum damus ornatum. Accipe L. H. quem voluisti, PETRONIUM simplicem, sed nova undique luce fulgentem, eumque & nostra pariter studiis inserviendi tuis studia favoris Tui radiis collustra, partisque utere feliciter! Vale ex voto!

Perso-

PERSONÆ SATYRICI.

Numerus paginam Satyrici indicat, qva Personarum fit mentio, earumqve nomina explicantur.

Encolpius.	1	Manicius.	99
Agamemnon.	7	Bargates.	101
Aſcyltos.	13. n.	Lycas. 110. 117 n.	
Giton.	16	Tryphæna. 110. 117. n.	
Pſyche.	34	Æſius.	119
Qvartilla.	28.	Lycurgus.	20. n.
Pannychis, πάννυχις pervigilium, *puella*		Corax.	98. n.
7. annorum.	41	Polyænos.	180. n.
Embaſicœtas.	40	Chryſis.	187
Trimalcio.	44	Doris.	184
Cinnamus.	49	Circe.	186
Carpus.	61	Proſelenos.	195
Fortunata.	61	Enothea.	201
Menelaus.	70	Philumene.	215
Eumolpus.	77. n.	Gorgias.	219
		Albucia	221

In ſcholiis deſignantur:

A. Adag. } *Adagia Variorum in Loc. Communes congeſta fol. A C. 1629. cum MSC.*

Barth. *Barthii adverſaria.*

Barth. rac *Barthii racemationes Petron.*

Bell.

Bell. rest. *Bell Romæ restituta.*
B it. Bo. *Joh Andreæ Bosii annotationes MSC.*
Bosch. *Ultima Amstelodamensis editio cum notis Boschii, Reinesii & Schefferi.*
Bourd. *Bourdelotii editio cum notis Criticis & Glossario Petroniano.*
Brisſ. *Barnabæ Brissonii de formulis & solemnibus pop. Rom. VIII libri.*
Busch. *Hermanni Buschii annotationes in editione Goldastina.*
Cell. Lex. *Lexicon Fabro-Buchn. Cellarianum.*
Cic. *Ciceronis epistolæ, offic. orationes &c.*
Col. *Columella.*
Conn. *Connexio è codice Trajuriano Schefferi.*
Connex *Connexio è fragmento, quod Albæ Græcæ recuperatum est A. 1688.*
Cun. *Cunæi orationes ex recensione Cellarii.*
Dan. *Petr Danielis Aurelii ſ. Pierii Aureliani notæ.*
Delrionis *in Medæam Senecæ* comment
D. it. Dous. *Dusæ D. P. Jani Dusæ Patris Præ-*
Dial. *Dialogus Taciti de oratore.* (cidaneæ.
E. Erhardus Goldastinus, sub quo nomine latere Mich. Casp. Lundorpium docuit me Georg. Matth. Koenigius in Biblioth.
Fab. M. Fabii Quintiliani Institut. orat.
Fr. Marqv. Freherus
Gl. Glossarium.
Gonſ. Gonsalii præludia & commenta.
Gron Gronovius.
Hm. Homerus.

Hor

Hor. Horatius.
Justin. Justinus.
Just. inst. Justinian institutiones.
Juv. Juvenalis.
L. legit. (Cellarii.
Lex. Cell. Lexicon
Lipsſ. Lipsius.
Liv. Livius. (Petron.
Lot. Lotichii editio
L. com. Ejus comment.
L. n. Ejus notæ.
Macr. Macrobius.
Mart. Martialis.
Meurſ. Eleuſ. Meursius de Cereris Eleusinæ festo.
Nep. Cornelio Nepos.
Ov. Ovidii metamor. aliaqve.
Pat. Paterculus.
Perſ. Persius (lectanea
Pith. Fr. Pithoei Col-
Plin. Plinii hist. natur.
Plin. ep. Plinii secundi
Plut. Plutarch. (epist.
Qv. Qvintiliani orat. instit.
Rein. Reinesii notæ.
Rich. Chr Richardi n.
Scal. Scaliger.
Sch. St. Schefferi Gymnasium styli.
Sciop. Scioppii Siren.
Sen. Senecæ.
Sv. Svetonius.
Tac. Tacitus.
Torn. Jo. Tornæsii variæ lectiones.
Torr. Torrentini elucidarius.
Tr. Trajuriana connexio. vide supr. *Conn.*
Tranqv. Tranqvillus Sveton.
Turn. Turnebii adversaria.
Val. M. Val. Maximo
Vell. Vellejus Paterc.
Virg. Virgilius.
W. Jo. à Wouweren.

T. *a* PE-

Annotationes ad SATYRICI RUBRICAM.

a Cajus *Petronius Arbiter est Corn. Tacito*, Titus *Plinio Secundo & Plutarcho, è veteri gente* Petronia, *è Sabinis oriunda, elegantiarum* arbiter *Neroni inter paucos assumtus G. præl. 1. Secta* Epicuræus *Goldasto præl. 38.* Cynicus *vel* Stoicus *Gonsalio præl. 9* De vita Petronii lege Tacitum, c. 17. 18, 19. libr. XVI. Annal.

b Satyra *est carmen maledicum & ad carpenda hominum vitia compositum. Vel* à Satyris, *Diis sylvestribus, quod in hoc genere carminis res ridiculæ pudendæque scribantur, quales proferri à satyris solent*; *vel* à Satura *lance, quæ plena diversis frugibus in templo Cereris inferebantur. Unde* Satura *de cibo varie mixto, farcimine &c. Gons præf. 14. seq.* Sed *Satyricon* Græca forma priori propius accedere videtur.

c connex. Narrat Encolpius *in colloquio hilari, quemadmodum Fabricius Vejento de religionis erroribus ingeniose locutus detexerit, quod doloso ratiocinandi furore Sacerdotes mysteria, illis sæpe ignota publicent. Sed*

d Encolpius *loquitur, qui autoris vicem sustinet; ab* ἐγκολπίζειν, insinuando. *Hac enim arte Neroni gratus, innotuit. Tacit. Ann. 16 c. 18. G. præl. 25.*

T. a PETRONII ARBITRI. b SATYRICON.

CAP. I, vers. 1.

c * * *

d NUm e alio genere furiarum f declamatores inqvietantur, qvi clamant? Hæc vulnera pro libertate g publica excepi, hũc oculũ pro vobis h impendi: date mihi ducem, qvi me i ducat ad liberos meos, nam k succisi l poplites membra non sustinent. 2. Hæc ipsa tolerabilia essent, si ad eloqventiam ituris viam m facerent: nunc & rerum

A tumo-

---

e. *Alio modo insaniunt, non eadẽ vecordia agitantur.* Bo Sensus est: *Qui in ejusmodi vocẽ erumpunt: (ista publicant* vide c. supra) *nũ alio, quã Tesiphones, furiarum genere, inquietantur? Sunt enim tria furiarum genera:* ἀληκτὼ, impausabilis, *quæ furiam concipit,* τισιφόνη, *in vocem erumpit;* Megæra *jurgium protelat. Gonsal. comm. 7.*

f *Qui causis fictis se exercent. Gl.* g populi h perdidi. i *Quos furere veteres significabant, hos ad agnatos & gentiles deducendos dicebant. Adag. 669*

k i. e *quoniam succisi vel secti sunt poplites. Enimvero* enumerat miles vulnera l *Secti & debilitati nervi sub genibus. Liv.* succisis feminibus esse, *Bo.* m *præpararent. Bo.*

a tumore, & sententiarum b vanissimo strepitu, hoc tantum proficiunt, ut cum in forum c venerint, putent se in alium d terrarum orbem delatos. 3. Et ideo ego adolescentulos existimo in scholis stultissimos fieri, qvia nihil ex iis qvæ in e usu habemq, aut audiunt, aut vident; sed f piratas g cum catenis in littore stantes, h & tyrannos edicta scribentes, quibus imperent filiis, ut patrum suorum capita præcidant, sed i responsa in k pestilentia data, ut virgines tres aut plures immolentur, sed mellitos verborum globulos

a *alundantia* Gl. b *inanibus sententiis: fabulosis sententiarum commentis.* Gl. c. *ad dicendas causas.* d *eos omnia, tanquam nova & inusitata, perturbent.* A. 289. Seneca. 3. *controv ipsum forum illos turbat.* Bo. Plin. 8. ep. 24. e *Quotus quisque est, qui velit discere, quæ non sit habiturus in usu?* Bo. f *sc. audiunt perorantes de piratis h. e prædonibus maritimis* g *Sequuntur aliquot inania declamationum themata, quæ pariter arguunt Seneca in proœm. l 9. controv. it. l. 11. controv. Tacitus de oratore c. 35. Seq. Quintil l. 2. c. 10. sine quibus hoc caput intelligi vix potest.*

h *Quædam exemplaria legunt* sed *sc. audiunt.* i *oraculi in remedium pestis.* Gl. k Tempore pestis. Bo.

l globulos, & omnia dicta factaqve qvasi papavere & m sesamo sparsa.

CAP. II 1 Qvi inter a hæc b nutriuntur, non magis sapere possunt, qvam bene olere, qvi in c culina d habitant. 2. e Pace vestra liceat

A 2 dixisse,

Bo. Quintilian⁹ declam. 384. In pestilentia responsum est, virginem immolandam; sorte ductam pater virginem negavit, magistratus immolavit: non finiebat pestilentia; iterū sortiti sunt, altera immolata est W. Tacitus l c. Sequitur autem, ut materiæ abhorrenti à veritate declamatio quoque adhibeatur. Sic fit, ut tyrannicidarū præmia, aut vitiatarum electiones, aut pestilentiæ remedia, aut incesta matrum, aut quicquid in schola cottidie agitur, in foro vel raro vel nunquam ingentibus verbis prosequantur. Al. in pestilentiam.

l *Verba quasi rotundata & dulcedine quadam aures mulcentia potius, quam aliquid serium docentia. Bo.* globuli *sunt genus dulciarii operis orbiculare ex caseo, alica, ungvine, melle, papavere.*

m *Legumen olim ex India, nunc ex Ægypto allatum, semen gerens vasculis inclusum, papaveris modo* fucatam rabularum declamatorumq;, facundiam denotat. *Ut, quicquid faciunt, habeat lenocinii gratia velut nimium quæsitæ dulcedinis, & voluptatem potius spectent, qvam usum Bo.*

a *exercitia.* b *informantur* c propter culinarias sordes ex pingvedine aliisqve purgamentis, d *crebro versantur. Sic Cic. in Brut. habitare in rostris. Bo.* e *venia.*

dixisse, a primi omnium eloqventiã perdidistis. Levibus enim atqve b inanibus sonis c ludibria qvædam excitando effeciſtis, ut corpus orationis d enervaretur & caderet. 3. Nondũ e juvenes declamationib9 f continebantur, cum Sophocles aut Euripides invenerunt verba, qvibus deberent loqvi. 4. Nondum g umbraticus doctor ingenia h deleverat, cum Pindarus i novemq; Lyrici a Ho-

a per licentiam atqve inſcitiam declamandi; *eo enim tempore declamationes caperant, teſte Seneca Rhet præf. Contr L 1.* b *verbis ſine rerum pondere. Bo.* c *ludicras & ridendas ineptias, & qvaſi in aqva bullas inanes. Bo.* d *ordo eſſet ſine nervis & viribus. Bo.* e *nulla alia re exercebantur, qvã in declamando. Bo.* f *retinebantur, exercebantur. Contineri proprium verbum magiſtrorum Cic. ad Trebat. l. 7. ep. 9. in qva qvidem nos te continebimus, nos inſpectores erimus. Bo.* g *Scholaſticus, qvi in umbra, ſub tecto, & inter parietes diſcipulos exercebat. Opponitur iis, qvibus olim juventus Rom in ipſo foro ſub dio utebatur præceptoribus, & pugnare in prælio diſcebat. ut dial. de orat. c. 34* Umbraticus *ap. Plautum opponitur militi Bo.* h *corrupta inſtitutione.* i *Tres vult Auſonius, Seneca ſeptem, Qvintilianus aliiqve novem, ſed incluſo Pindaro.*

Ergo

a Homericis versibus canere timuerunt. 5. Et ne poëtas quidē ad testimonium citem, certe neque Platona, neque Demosthenem ad hoc genus exercitationis accessisse video. 6. b Grandis, &, ut ita dicam, c pudica oratio non est d maculosa, nec e turgida, sed naturali pulchritudine exsurgit. 7. Nuper ventosa isthæc & enormis loquacitas Athe-

Ergo vel h. l. numerus certus ponitur ut sensus sit: Novem Lyrici, quorum princeps Pindarus: aut Ecyrrhina poëtria addenda, quod vult Gonf. Comment. p. 12 Cæterum nomina sunt: Pindarus, Alcæus, Sappho, Stesichorus, Ibicus, Bacchilides, Simonides, Alcman, & Anacreon a *Heroicis, epico carmine, conf. Petron c. 78. v 7* Cœteri aut non viderunt viam, qva iretur ad carmen, aut visam timuerunt calcare. *Canere noluerunt versibus Hexametris, sed ipsi novum modum carminis invenerunt. Sic Hor.* peccare timentes, *i. e. qui nolunt peccare. Bo* b Sublimis. *Est enim oratoria ad majestatem comparata. Sch. St. 18.* c *Sciop.* Poëtica *Rectius* pudica *retinetur*, molli *sive* fucatæ, *opponendum.* d *inæqualis Cic. de Cl. orator. c. 83. Thucidides rerū gestarum pronunciator* sincerus & grandis *fuit. vel fucis & ineptis figuris & affectationibus comtæ. Bo. corrupta perverso cultus ornandiq; studio. Buchn. in orat. 5. Cun. p. 387.* e *super flua, & præter rem amplificata B. l c.*

nas ex Asia commigravit, animosqve juvenum ad magna a surgentes veluti pestilenti qvodam b sidere c afflavit, simulqve corrupta eloqventiæ regula stetit, & d obmutuit. 8 Qvis postea ad summam e Thucydidis, qvis f Hyperidis ad famam g processit? ac ne carmen qvidem sani h coloris enituit: sed omnia qvasi eodem cibo pasta non potuerunt usq; ad i senectutem canescere. 9. Pictura qvoqve non alium exitum fecit, postqvam Ægyptiorum audacia tam magnæ artis k compendiariam invenit. CAP.

a *Magnam expectationem facientes Bo.* b *Metaph. ab influxu siderum, qvem putant, in plantas, unde* sideratio, *qvæ humore per æstum absumto illas enecat. Germ.* Es hat ihn eine böse Lufft angewehet. c *lue pestifera infecit.* Justin. *pestilentis sideris vi exercitum amittere. Translatio ab arboribus. Sideratio enim est, cum lactescentes germinum oculi grandine vel pruina aduruntur, vel sub ortum canis siccitate novæ arbores moriuntur. Bo.* d Ut siderati solent. *Cæterum de eloqventiæ fatis lege Vell. Paterc. l. 1. c. 16. seqq.* e *perfectionem. Bo.* f *Is fuit ex præcipuis Athenienſium oratoribus.* g *gloriam venit Bo.* h *rectum, vividum sine menda & macula. Bo.* i ad justam senectutem. *vid Val. Max. l. 3. c 7.* i. e. *in longum ævum durare. Bo.* k *breviorem cognoscendæ & tractandæ artis rationem Bo. & Gens. Comm.*

CAP. III 1. Non est passus a Agamemnon me diutius declamare in b porticu, qvàm ipse in schola c sudaverat: sed, Adolescens, inqvit, qvoniam sermonem habes non publici d saporis, &, qvod rarissimum est, amas e bonam mentem, non f fraudabo te arte secreta. 2. Minimum in his exercitationibus doctores peccant, qvi necesse habent cum insanientibus furere. Nam ni dixerint, qvæ adolescentuli probent, ut ait g Cicero, soli in scholis relinqventur; sicut ficti adulatores, cum cœnas divitum captant, nihil prius meditantur, qvàm qvod putant gratissimum auditoribus fore (nec enim aliter impetrabunt,

a *Rhetoris sive eloqventiæ magistri personam in Satyrico sustinet Acute. Nam Agamemnona, Regem ob corporis proceritatem, orationisqve vim & majestatem laudat Homerus. E. 532.* b *Non adeo declamandi loco, ut vult glossar. qvam potius illi loco adjuncta. Plin. 36. c. 5. Christiano more* ambitus ein Creutzgang. *E. 533.* c *laboraverat Bo.* d *plebejum. Bo.* e *sanam i. e. non insanis cum reliquis.* f *aperiam tibi arcanum artis.* g *In Cœciliana.*

qvod petunt, nisi qvasdam insidias h auribꝰ fecerint) sic eloqventiæ magister nisi, tanqvam piscator, eam imposuerit hamis escam, qvam scierit appetituros esse piscículos, sine spe prædæ i moratur in scopulo.

CAP. IV, 1. Qvid ergo est? parentes obiurgatione digni sunt, qvi nolunt liberos suos a severa lege proficere. 2. Primũ enim sicut omnia, b spes qvoq; suas c ambitione donãt: deinde cũ ad d vota properant, cruda e adhuc studia in forũ f propellunt, & eloqventiam, qva nihil esse majus confitentur, pueris indunnt adhuc g nascentibus. 3. Qvod si paterentur laborum h gradus fieri, ut studiosi

h *ad gratiam loqvantur, dixerint qvæ libenter audiuntur. Bo.* i *frustra insidiarum locum obsidet. Scopulus proprie locus piscantium. Sic Ovid Met 3, 298. Mox ego ne scopulis hærerem semper in iisdem.*

(a) In studiis ordine, ratione & secundum disciplinarũ methodũ procedere. Paulo post: facere gradus laborum. Bo. b liberos. Bo. c *Gons.* ambitioni. *Sensus est:* ambitiose sperant de filiis vero majora ingeniis eorum tribuentes. d propositum, institutum. e immatura, imperfecta. *Bo.* f *ad causas agendas præcipitant. Bo.* g *disertos jam volunt infantes, qui nondum loqui possunt: jubent adolescentes omnium imperitos gravissimæ artis dignitatem sustinere. Bo.* h *ordine pro-*

dioſi juvenes lectione i ſevera k m tigarentur, ut ſapientiæ præceptis animos l componerent, ut verba m atroci n ſtylo o effoderent, ut, qvod vellent imitari, diu audirent, p ſibi nihil eſſet magnificum, qvod pueris placeret: jam illa grandis oratio haberet majeſtatis ſuæ pondus. 4. Nunc pueri in ſcholis ludunt, juvenes ridentur in foro, & qvod utroqve turpius eſt, qvod qvisqvis perperam diſcit, in ſenectute confiteri non vult. 5. Sed ne me putes improbaſſe q ſchedium Lucilianæ humilitatis, qvod ſentio & ipſe carmine effingam: CAP.

procedere à minoribus ad majora. Bo. i *diligenter legendo bonos autores.* k *maturéſcerent. D. metaph. à pomis.* l emendarent, firmarent. Bo. m rigido ac cenſorio. n Scribendi inſtrumento, *altera parte, acumine, ſcribebant in cerata tabula, altera delebant.* o *B. Boſius: quomodo Horatius ſat. l. 10.* ſæpe ſtylum vertas. *Imo videtur Petronius ſcripſiſſe*, nec verba atroci ſtylo effoderent *i. e. non crudo atque immaturo ſtylo præpropere ad ſcribendum ſe darent. Gron. Idem præcipit Plutarchus de puerorum inſtitutione c. 9. §. 19. p. m. 155.* p ſc. ut. q *carmen vel ſcriptum minime elaboratum, deproperatum genere dicendi ſimplici & humili: quali uſus in ſatyris Lucilius. Schedium eſt, quod ſubito fit. Bo.*

C. V. 1. *Artis severæ si quis* a *amat* b *effectus.*
Mentemque magnis applicat, c *prius* d *more*
Frugalitatis lege e *polleat exacta:*
Nec curet alto regiam f *trucem* g *vultu,*
h *Clientesque cœnas* i *impotentium captet:*
Nec k *perditis addictus obruat vino*
Mentis l *calorem, neve plausor in cœna*
Sedeat m *redemptus histrionis addictus.* (ces,
Sed sive armigeræ n *rident* o *Tritonidis* p *ar-*
Seu

a. *ambit. Gron.* b Grandem nimirum eloquentiam, quæ severo studio paratur. c *more prisco*, vel: prius i. e ante omnia. d *Gron.* habet: macræ & pallet; & exponit: Non vino rubet, non epulis ventrem contraxit, sed moderatione victus diligenti castigat corpus, & pallorem præfert, ut Orpheus ap. Casium Parnens. Musæ pallebat amore, ut illum ap Pers. *nocturnis juvat impallescere chartis*: & poëtæ imaginem vocat Juvenalis; *ut dignus venias hederis & imagine macra.* Bos. e i. e. *valeat.* Sit temperans. Boschius restituit: Mores lege frugalitatis exactæ poliat. f tyrannorum g. *supercilio.* h. *salutator vel deductor*, quem divites cœna vel sportulis remunerabantur *Bo.* i. *nimis potentium*, qui potentia abutuntur. Serv. k *dissolutis.* l *ingenii vim.* m *redimitus.* n *arrident* o *Minervæ*, à Tritone & flavio Africæ sic dictæ. p. *Athenæ.*

Seu Lacedæmonio tellus habitata q *colono,*
r *Sirenumque domus, det primos versibus annos,*
s *Mæoniumque bibat felici pectore fontem,*
Mox & t *Socratico plenus* u *grege,* x *mittat habenas*
Liber, & ingentis quatiat y *Demosthenis* z *arma.*

A 6 *Hunc*

Athenarum, quarum Minerva conditrix. E Athenas jubet secedere juvenes, memor flagitiorum orbis Romæ, ut loquitur Tacitus Ann 3. *Bo. q. Sic celeberr. Bosius:* Sive libet ire Tarentum, quod colonus Lacedæmonius. i. e. posteri Partheniorum habitant. Nam & in hac urbe, ut pote Græcæ originis Græcæ artes, h. e. literæ humaniores exercebantur. Gron. r *Siculorum.* Siculum mare enim Sirenes inhabitabant Gons. sic explicat: *Sive is Attico, sive Laconico, sive Siculo stylo delectatur Aliter cum Gron. Bosius:* Neapolis, Parthenope dicta, quod una è Sirenibus in illud littus ejecta, & ibi sepulta Etiam hæc studiis juventutis florebat, id docet Statius in Epicedio s. Homeri carmina legat. t. sc. fonte. u *grege* irrepsisse putant pro *Græce* in margine scripto, supplent per *imittat.* x laxet. y oratores Græcos legat. z eloquentiæ, quibus vel petebat, vel defen-

Hunc a *Romana* b *manus circumfluat & modo* c *Graio*
d *Exonerata sono mutet suffusa saporem:*
Interdum subducta e *foro det pagina cursum,*
Et f *fortuna sonet celeri* g *discincta* h *meatu.* (canore:
Dent i *epulas, &* k *bella trunci memorata*
Grandiaque indomiti Ciceronis verba l *minetur.*

---

defendebat Gl. a omnia hic corrupta esse judicat Boschius, quem vide. b multitudo. Sensus: *Legat oratores Latinos.* c *Græco.* Ordinem studiorum Petronius hunc facit, ut Poëtice initium sit, tum Philosophia, mox oratores Græci, dehinc ad eloquentiam veniatur, ubi Latina verti de Græco, aut controversias componi, censet. Ea sententia est in his versibus. E. d Aliter Bo. legit: Grajos exonerando sonos i. e. cum tyro levatus & exoneratus erit â Græcis scriptoribus cognoscendis. vel: versa ex idiomate Græco e relictis causis. f Gron. L. *Cortina - districta.* Cortina Apollinis tripus, unde versus profecti, & hujus Dei inspiratione sonantes. *Districta* c. m. propter versus illigatos pedibus & numeris *Bo.* g *levis.* h cursu i describant k qvæ in Poëtis & oratoribus totos libros faciunt. Barth. de historia tamen accipit. l promittat

His animum m *succinge bonis. sic flumine largo*
Plenus, Pierio defundes n *pectore verba.*

CAP. VI, 1. Dum hæc diligentius audio, non notavi mihi a Ascylti fugam: & dum in hoc dictorum b æstu c totus incedo, ingens d scholasticorũ turba in porticum venit, ut apparebat, ab extemporali declamatione nescio cujus, qvi Agamemnonis suasoriam d exceperat. 2. Dum ergo juvenes sententias e rident, ordinemq; totius dictionis f infamant, oportune subduxi me, & cursim Ascylton persequi cœpi. 3. Sed nec viam diligenter tenebam, nec qvo loco g stabulum esset, sciebam. 4. Itaqve qvocunqve ieram, eodem revertebar. donec in cursu fatigatus, & sudore jam madens, ac-

mittat Alii *minentur*. m instrue n ex pectore, velut ex monte Musarum Pierio. Barthius legit: *Nectare*. Sens. doctam disertamqve efficies orationem. Bo.

a *Comes Encolpii*, Gr. ἀσχυλτος, infatigabilis, laboriosus. b dubitatione. c al. motus. d Rhetorum. e successerat *peroranti*. f carpunt g diversorium.

cedo aniculam qvandam, qvæ agreſte olus vendebat:

CAP. VII, 1. Et rogo, inqvam mater, nunqvid ſcis, ubi ego habitem? Delectata illa urbanitate tam ſtulta: &, Qvidni ſciam? inqvit conſurrexitqve, & a cœpit me præcedere. 2 b Divinam ego putabam. at c ſubinde ut in locum ſecretiorē venimus, d centonem anus urbana rejecit: &, Hic, inqvit, debes habitare. 3 Cum ego negarem me cognoſcere domum, video qvosdam, inter e titulos, nudasqve meretrices f furtim ſpatiantes. Tarde, immo jam ſerò intellexi, me in fornicem eſſe deductum. 4 execratus itaqve aniculæ inſidias, operui g caput, & per mediū h lupanar fugere cœpi in aliam partem: cum ecce in ipſo aditu occurrit mihi æqve i laſſus ac moriens Aſcyltos. putares ab eadem aniculā eſſe de-

du-

---

a *genus loqvendi freqvens Petronio Gl.* b divinatricem. c paulo poſt. d *velum, quo cubiculorum januæ tegebantur. Gl. Alii pallium vetus, ſ. veſtimentum Encolpi, quo amictus erat.* e *nomina ſcortorum tabellis inſcripta* f clam, *ut agnoſci nollent.* g *ab ancilla retectum.* h Lupanar. i *laſſitudine confectus.*

ductum. 5. Itaqve ut ridens eum consalutavi, qvid in loco tam deformi faceret, qvæsivi.

CAP. VIII. 1. Sudorem ille manibus detersit, &, a Si scires, inqvit, qvæ mihi acciderunt. Qvid novi? inqvam ego. 2. at ille deficiens, Cum errarem, inqvit, per totam civitatem, nec invenirem, qvo loco b stabulum reliqvissem, accessit ad me paterfamilias, & ducem se itineris humanissime promisit. 3. per c amfractus deinde obscurissimos egressus, in hunc locum me perduxit, prolatoq; d peculio cœpit rogare stuprum. 4. Jam e pro cella meretrix f assem exegerat, jam ille mihi injecerat manum, & nisi valentior fuissem, dedissem pœnas * adeo ubiqve omnes mihi videbantur satyrion bibisse ** junctis viribus molestum contempsimus. ***

CAP.

a *Eleg. idiotismus. subintellige*: mirarere, *vel* non rogares Bo. b *diversorium.* c *obliquas viarum flexus in se recurrentes.* Gl. d *pecunia* Gons. e. *mercedem cellæ in lupanari.* f *pretium.*

* Connex. Dum id narrat Alcyltos, venit ipse paterfamilias, invitatque Ascylton, sequuntur ambo. nequitiam detestatur Encolp. ** *connex.* Vim patienti accurrit. *** Egressus Ascyltos fugit lustrata pene urbe.

CAP. IX. 1. Qvasi per a caliginem vidi b Gitona in c crepidine semitæ stantem & in eundem locum me conjeci. 2. d Cum qværerem, numqvid nobis in prandium frater parasset, consedit puer super lectum, & manantes lacrymas pollice exterſit. 3. Perturbatus ego habitu fratris, qvid accidisset, qvæsivi. at ille tarde qvidem & invitus, sed postqvam precibus & e iracundiam miscui: 4. Tuus, inqvit, iste frater, seu comes, paulo ante in f conductum accucurrit, cœpitqve mihi velle pudorem extorqvere. 5. Cum ego proclamarem, gladium strinxit, &, Si g Lucretia es, inqvit, h Tarqvinium invenisti. 6. Qvibus ego auditis, intentavi in oculos Ascylti manus: &, Qvid dicis, inqvam, muliebris patientiæ scortum, cujus ne spiritus purus est? 7. Inhorresce se finxit Ascyltos; mox sub-

a *haut perspicue Gons.* b γειτων vicinus, *puer Encolpii.* c *loco excelsiore L. ubi viæ conveniunt Gl.* d limineque diverſorii *addit fr. Belgr.* e rogo minorque f *diverſorium. Conductum est domus aliena, vel pars ejus, in qva mercede habitamus. Bo.* g *castissimus, a.* h *corruptorem violentum.*

sublatis fortius manibus, longe majore nisu clamavit: 8. Non taces, inqvit, gladiator obscœne, qvem de i ruina arena dimisit? Non taces nocturne percussor, qvi ne tum qvidem, cum fortiter faceres, cum pura muliere pugnasti? cujus eadem ratione in viridario frater fui, qva nunc in diversorio puer est?

CAP. X. 1. Subduxisti te, inqvam, à præceptoris colloqvio. 2. Qvid ego, homo stultissime, facere debui, cum fame morerer? an videlicet audirem sententias, id est, a vitrea fracta, & somniorum interpretamenta? 4. Multo me turpior es tu hercule, qvi ut foris cœnares, b poëtam lau-

i *damnatum & pegmati impositū. Erant pegmata machinæ ligneæ, quæ surgebant, subsidebantq; interdū & chasmate & ruina subita dehiscebant.* De ruina i. e. propter ruinam *Cum staret paratus ad decertandū & pereundum, omnibus casu nescio quo turbatis, aufugit, & ultimam necessitatem evasit. Apud Fidenas supra XX. millia hominum gladiatorio munere, ruina amphitheatri periisse referunt. Svet. Tiber. 4. Tac. Ann. 4. Gronov.*

a Nugas: *Res nihili frivolasque. Adag. 702.*

b *recitantis carmina plauju probasti, more tem porum* eœna

laudasti. 4. Itaqve ex b turpissima lite in risum diffusi, pacatius ad reliqva secessimus. 5. * Rursus in memoriam c revocatus injuriæ, Ascylte, inqvam, intelligo nobis convenire non posse. itaqve communes sarcinulas partiamur, ac paupertatem nostram privatis qvæstibus temptemus expellere. 6. Et tu literas scis, & ego, ne qvæstibus tuis obstem, aliqvid aliud d promittam: alioqvi mille causæ nos qvotidie e collident, & per totam urbem rumoribus different. 7. Non recusavit Ascyltos, &. Hodie, inqvit, qvia tanqvam scholastici ad cœnam promisimus g, non perdamus noctem. cras autem qvia hoc libet, & habitationem mihi prospiciam, & aliqvem fratrem. 8. Tardum est, inqvam, differre qvod placet. * Hanc tam h præcipitem divisionem libido faciebat. Jamdudum enim cupiebam i amoliri custodem mo-

cœna excipiendus Dus. Hor S. 5. l. 2. 74. Scribet mala carmina vecors, laudato. b *Qvære æ domesticæ eæque obscœnæ.* c *recordatus.* d *profitebor.* e *inimicos reddent* f *diffamalunt.* g *suppleas* venire * h *celerem.* i *removere licet magno molimine.*

molestum, ut veterem cum Gytone meo rationem k diducerem.

CAP. XI. 1 * Postqvam lustravi oculis totam urbem, in cellulam redii, osculisqve tandem bonâ fide exactis, alligo artissimis complexibus puerum, fruorqve votis usqve ad invidiam felicibus. 2. Nec adhuc qvidem omnia erant facta, cum Ascyltos a furtim se foribus admovit, discussisqve fortissime claustris, invenit me cum fratre ludentem, risu itaqve plausuqve cellulam implevit. opertum me amiculo evolvit. 3. &, Qvid agebas, inqvit, frater sanctissime? qvid vesticontubernium facis? nec se solum intra verba continuit, sed b lorum de pera solvit, & me cœpit non c perfunctorie verberare ad-

k *Rationem cum alio diducere* abrechnen. * *Connex. Contumeliam ægre ferens Ascyltos, cum impetu egreditur, subsequitur Encolpius consiliis ejus obstiturus, sed excesserat iste.*

a Occulte *L.* b flagrum coriaceum, *forte ad peram ligatum. Sic porcorum custodes ad peram plerumque alligant flagella lorea.* Lot. sed Gron. *Veteres crumenas gestabant loro suspensas ac collo ante pectus, cujus moris ap Plautum crebra indicia.* Bo. c non leviter & manu parcente

d *Pa-*

adjectis etiam petulantibus d dictis, sic dividere cum fratre nolito. * * * e

CAP. XII. 1. Veniebamus in a forum deficiente jam die, in qvo notavimus freqventiam rerum venalium, non qvidem pre-

d *Panæ causam inter cædendū præco edicere solebat, ad quem ritum alludit noster. E.* e Connexio e. fragm. Alb. Gr. reperto altius repetenda: *Hilaritate simulata Encolpius animum Ascylti sedat. Adeunt cum Gytone Lycurgi E. R castellum, belle ob priscam consvetudinem excepti. Tryphænam, Lycæ, nautæ, sociam Encolpius amat, indignante Lyca. Reconciliatus, svasu Triphænæ Encolpium secum abducit & Gitona, relicto ap. Lycurgum Ascylto. Giton Triphænæ placet: Doridi, formosæ Lycæ uxori, Encolpius. Hic Isidis simulacrum in nave Lycæ spoliat veste pretiosa, aliisq.; redit cum Gitone ad Lycurgum Hoc etiam spoliato peregrinantur. Invenit Ascyltos saccellum aureis plenum: Encolpius pallium ephippio alligatum surripit. In sylvis latent. Insuuntur aurei tunicæ detritæ fallendæ suspicionis causa. Hanc Enc. servat, pallium Ascylto curæ est. Persequentium vocibus territi discurrunt; cæteri Neapolim repetunt Encolp. somno oppressus tunicam aureis plenam amittit. Stabulum Ascylti ingressus jacturam dolet Fame compulsi de vendendo pallio cogitant.*

a *Rerum furtivarum in saburra. E. L. N.*

b il-

precioſarum, ſed tamen qvarum fidem male b ambulantem obſcuritas temporis facillime tegeret. 2. Cum ergo & ipſi raptum latrocinio pallium detuliſſemus, uti occaſione oportuniſſima cœpimus, atqve in qvodam angulo c laciniam extremam d concutere, ſi qvem forte emptorem ſplendida veſtis poſſet adducere. 3. Nec diu moratus ruſticus qvidam, e familiaris oculis meis cum muliercula comite propius acceſſit, ac diligentius conſiderare pallium cœpit. f invicem Aſcyltos injecit contemplationem ſuper humeros ruſtici emptoris, ac ſubito g exanimatus conticuit. 4. ac ne ipſe qvidem ſine aliqvo metu hominem conſpexi. nam videbatur ille mihi eſſe, qvi tuniculam in ſolitudine invenerat. plane is ipſe erat. 5. Sed cum Aſcyltos timeret fidem oculorum, ne qvid temere

b illicitas fraudes & furta. *Intelliguntur veſtes vel corruptæ vel interpolatæ, quæ pro bonis novisq; oſtentantur, vel furto conquiſitæ & non bona fide poſſeſſæ. Bo* c fimbriam. *Lot. videtur fuiſſe cæſura ornatus gratia:* ausgehacket Kleid. d *pulveris excutiendi gratia.* e Qvem vidiſſe alias mihi videbar. *Gl.* f ſimul, ex altera parte, *L. n.* g perturbatus *L. n.*

re faceret, prius tanqvam emptor propius accessit, detraxitqve humeris laciniam & diligentius tenuit.

CAP. XIII. 1 O lusum fortunæ mirabilem! Nam adhuc nec futuræ qvidem attulerat rusticus a curiosas manus, sed tanqvam mendici b spolium etiam fastidiose c venditabat. 2 Ascyltos postqvam d depositum esse inviolatum vidit, & personam vendentis e contemptam, seduxit me paululum à turba: &, 3. Scis, inqvit, frater, rediisse ad nos thesaurum de qvo qverebar? Illa est tunicula adhuc, ut apparet, intactis aureis plena. Qvid igitur facimus? aut qvo jure rem nostram vindicamus? 4. Exhilaratus ego non tantum qvia prædam videbam, sed etiam qvod fortuna me à turpissima f suspicione g dimiserat, negavi circuitu agendum, sed plane jure civili dimicandū, ut, si nollet

a Non palparat, contrectaverat accuratius cognoscendi causa. Eo. b mendico ereptum. c venalem offerebat. d aureos insutos. e *rusticum sc* f *surreptorum forsan aureorum.* g liberā-

nollet alienam rem domino reddere, h ad interdictum veniret.

CAP. XIV. 1.

Quid faciant leges, ubi sola pecunia regnat,
Aut ubi paupertas vincere nulla potest?
Ipsi qui a *Cynica* b *traducunt tempora cœna,*
Nonnunquam nummis vendere c *verba solent.*
Ergo judicium nihil est nisi publica d *merces,*
Atque e *eques* f *in causa qui sedet, empta probat.*

2. Contra Ascyltos leges timebat: &, Qvis, ajebat, hoc loco nos novit? aut qvis habebit dicentibus fidem? Mihi plane placet emere, qvam vis nostrum sit, qvod agnoscimus,

---

beraverat. h. in jus ad Prætorē *Gl. interdicta non erant juris civilis, sed Prætoriani: verum Petronius distingvit jus civile h. l. à naturali & jure gentium W*

a nimis frugali, *more Cynicorum philosophorum, qvi siliquis & leguminibus victitabant. Notat fictos pecuniæ contemtores. Gons.* b *carpendo aliorum vitia. Gr.* c corruptam sententiam. d *quovis ære mercabile, ut quisque, prout munera donat, possit sententia judicis optata frui. L. n.* e judex equestri dignitate. f loco judicii. in

mus, & partio ære recuperare potius the-
saurum, qvam in ambiguam litem descen-
dere. 3 Sed præter unum h dipondi-
um, i sicilicumqve, qvibus k lupinos de-
stinaveramus mercari, nihil ad manum e-
rat, ne interim præda discederet. Itaqve
vel minoris pallium l addicere placuit,
ut pretium majoris compendii leviorem fa-
ceret jacturam. 4. Cum primum ergo ex-
plicuimus mercem, mulier aperto capite
qvæ cum rustico steterat, inspectis diligen-
tius signis, injecit utramqve laciniæ ma-
num, magnaqve vociferatione, latrones
tene-

in subsellis sedentes judicabant Bo. h. drachmas duas pendens *Gl. sesquitbaleri vel sesquifloreni valore.* i *Gons. sic legit. Alii v.* dupondium, quo cicer lupinosque destinaveramus *B. Alii*, dipondium sicel lupinosque, quibus destinaveramus *Bourd. Sicel unciæ pondus habet, scrupula decem. Gl. corrupte* siclus k legumen, *cibum pauperum* l vendendo. *Gons. de hoc loco deliberandum porro censet. Gron. v. negabat se intelligere, nisi scribamus* levior jactura. *Hanc enim esse sententiam, ut parva jactura in pallio minoris, quam justum erat, addito comparemus pecuniam ad retinendam tunicam intactis aureis plenam: hoc enim pretium majoris compendii, quo videlicet redimere-*

m tenere clamavit. 5. Contra nos perturbati, ne videremur nihil agere, & ipsi n scissam & sordidam tenere cœpimus tunicam, atqve eadem o invidia proclamare, nostra esse spolia, qvæ illi possiderent. 6. Sed nullo p genere par erat causa nostra, & q conciones, qvæ ad clamorem confluxerant, nostram, scilicet de more, ridebant invidiam; qvod pro illa parte vindicabant pretiosissimam vestem, pro hac r pannuciam ne centonibus qvidem bonis dignam. Hinc Ascyltos s pene risum discussit: qvi silentio facto,

CAP. XV. 1. Videamus *a*, inqvit, suam cuiqve rem esse charissimam, reddant nobis tunicam nostram, & pallium suum recipiant. 2. Etsi rustico mulieriqve placebat permutatio, *b* advocati tamen

---

meretur majus lucrum Bo. m tenete *L. Lotich. in not. ut sit mercatoris, qui furem prodit*: Halt den Dieb/halt auf. n *Ex contentione laceratam*. L n. o *ut par odium iis conflaremus*. Bo. p. nullo modo q *multitudo hominum*. r *tunicam diversis pannis obsitam*. s Gron. *mavult* periculum discussit, *i. e sustulit*. Bo.

a videmus *l. alii*, *b*. Causidici, *homines forenses*. Bo.

jam pene b nocturni, qvi volebant pal-
lium lucrifacere, flagitabant, uti apud se
utraqve c deponerentur, ac postero die
judex qverelam inspiceret. 3 Neque enim
res tantum, qvæ viderentur, in controver-
sia esse, sed longe aliud qværi, in utra parte
scilicet latrocinii suspicio haberetur. Jam
seqvestri placebant, & nescio qvis ex con-
cionibus calvus d tuberosissimæ frontis,
qui solebat aliqvando & causas agere, in-
vaserat pallium, exhibiturumque crasti-
no die adfirmabat. 4. Cæterum apparebat
nihil aliud qværi, nisi ut semel deposita ve-
stis inter prædones e strangularetur, &
nos f metu criminis non g veniremus
ad h constitutum. idem plane & nos
volebamus. Itaqve utriusqve par-
tis votum casus adjuvit. 5. Indignatus
enim rusticus, qvod nos centonem exhi-
bendum postularemus, misit in faciem A-
scyl-

b *pene fures.* Turn. *Sed adverb. pro* noctu *accipere mavult* Bos. *ut ap. Virg. se matutinus agebat i. e.* mane Cic. *ad Att: 12. 1.* noctuabundus *ad me venit i. e. simul cum nocte.* c seqvestrarentur. d *ulcerosæ faciei.* e supprimeretur. f *propter commissum latrocinii crimen.* g *vadimonium deseremus.* E. h *condicto & assignato die.*

scylti tunicam, & liberatos qverelâ jussit pallium deponere, qvod solum litem faciebat. 6. Ergo recuperato, ut putabamus, thesauro in diversorium i præcipites abimus, præclusisqve foribus, ridere acumen non minus concionum, qvam k calumniantium cœpimus, qvod nobis ingenti calliditate pecuniam reddidissent.

Nolo, qvod cupio, statim tenere,
Nec victoria mi placet l parata.

* * m

CAP. XVI. 1. Sed ut primum beneficio Gytonis præparatâ nos implevimus cœnâ, ostium a satis audaci strepitu impulsum exsonuit. 2. Cum & ipsi ergo palli-

i festinanter. k *non causidicorum & rabularum, ut volunt Interpp. sed litem moventium, mulierculæ sc. & rustici. Est enim verbum proprie de contentiosa lite.* Bo. l. facilis, parabilis m Connex. *Extrahendis aureis intenti, audiunt lictorem. Aufugientibus occurrunt duæ mulieres saltatæ, quas ad sacellum usqve secuti, vident complures bacchantiū instar mulieres, quæ in dextra Priapinos fascinos gestabant. Plura ne viderent, prohibuit clamor ingens mulierum, quo sublato ad diversorium confugiunt.*

e *Bourdelotii editio habet* non satis.

i *exinuti-*

di rogaremus, qvis esset; Aperi, inqvit, jam scies. Dum loqvimur, b sera suâ sponte delapsa c cecidit, reclusæqve subito fores admiserunt intrantem. 3 Mulier autem erat operto capite, illa scilicet, qvæ paulo ante cum rustico steterat: &, Me derisisse, inqvit, vos putabatis, ego sum ancilla d Qvartillæ, cujus vos sacra e ante cryptam f turbastis, ecce ipsa venit ad g stabulum, petitqve, ut vobiscum liceat loqvi. 4. nolite perturbari, nec accusat errorem vestrum, nec punit, immo potius miratur, qvis deus juvenes tam urbanos in suam regionem detulerit.

Cap. XVII. 1. Tacentibus adhuc nobis,

---

b *exemtilis* ? *catena pendens, qvales olim fuerunt Turn. Adv. l. 19 c 7.* c *Mira conjunctio duorum verborum idem significantium. Sed ita & Cic. 1. Off. celeriter de manibus audacissimorum civium* delapsa *arma* ceciderunt. Gron. d Qvadrantilla Turn. *ut* Qvintil. Quadrantaria, *Priapi sacerdos* Lot. e Bourd. L. Sacram. Dous, Sacrum. f Neapolitanam, *ubi sacellum Priapi. Hujus altera sacra in aperto* ante cryptam, *altera propudiosa in intimo sacelli recessu peragebantur.* Gons. g diversorium vulgare.

bis, & ad a neutram partem b assentationem flectentibus, intravit ipsa una comitata virgine, sedensqve super c torum meum diu flevit. 2. ac ne tunc qvidem nos ullum adiecimus verbum, sed attoniti exspectavimus lacrymas ad d ostentationem doloris paratas. 3. Ut ergo tam ambitiosus e detonuit imber, f retexit superbum pallio caput, & manibus inter se usqve ad articulorum g strepitum contritis, 4. Qvænam est, inqvit, hæc audacia? aut, ubi fabulas, & h antecessura latrocinia didicistis? misereor i medius fidius vestri: neqve enim impune

a *nec jubentibus ingredi, nec vetantibus, nec probantibus dicta, nec improbantibus. Bo.* b. assensionem *E.* c *in quo sedetur, aut cubatur.* d *magis ostentationis causa, quam ob dolorem profluentes. Bo.* e cessavit. *Bo.* f aperuit *Fœminæ enim olim palliis capita obtegere solebant.* Gons g crepitum *ad parandam audientiam, more prisco conf. c. XXVII. 4. E. p. 44.* h *Sciop. L.* arte cessura *i. e. artificiose successura. Barth.* ante exercita. *Lot. not.* fabulas antecessuras latrocinia, *i. e mendacia latrocinio graviora. 116. L. n.* i *quasi* ita me

Deus

qvisqvam, qvod non licuit, k aspexit. 5. utiqve nostra regio tam l præsentibus plena est numinibus, ut facilius possis deum, qvam hominem invenire. ac ne me putetis ultionis causa huc venisse, ætate magis vestra commoveor, qvam injuria mea. 6. m Imprudentes enim, ut adhuc puto, admisistis inexpiabile scelus. Ipsa qvidem illa nocte vexata, tam periculoso inhorrui frigore, ut tertianæ etiam impetum timerem. & ideo medicinam n somno petii, jussaqve sum vos perqvirere, atqve impetum morbi monstrata o subtilitate lenire. 7. Sed de remedio non tam valde laboro. major enim in præcordiis dolor sævit, qvi me usqve ad necessitatem mortis deducit. ne scilicet juvenili impulsi licentia, qvod in sacello Priapi vidistis, vulgetis, deorumqve consilia proferatis in populum.

8 Pro-

Deus fidius i. e. *fidei adjuvet?* k *exemplo Actæonis L* l *Ubi homines celeriter aut bonos præmiis aut malospœna afficiendo, esse se, & rerum humanarū curā gerere manifestant* Gron. m *insciis.* n *qvid possit somnus in tertiana docet Lot. in Comm. l. 1. c. 3 & 4.*

o *præscripto subtili & ingenioso remedio.* Bo-

8. Protendo p igitur ad genua vestra supinas manus, petoqve & oro, ne nocturnas q religiones, jocum risumqve faciatis, neve r traducere velitis tot annorum secreta, qvæ s mille vix homines noverunt.

CAP. XVIII. 1. a Secundum hanc deprecationem lacrymas rursus effudit, gemitibusqve largis concussa, tota facie ac pectore torum meum b presſit. 2. Ego eodem tempore & misericordia turbatus & metu, bonum animum habere eam jussi, & de utroqve esse securam. 3. Nam neqve sacra qvenqvam vulgaturum, & si qvod præterea aliud remedium ad tertianam deus illi monstrasset, adiuvaturos nos divinam providentiam vel periculo nostro. 4. Hilarior post hanc pollicitationem facta

p jacens. q Priapi sacra. *Gons.* r *irridenda manifestare. metaph. à traductis ad supplicium E. s. Scal. L.* Mystæ vix omnes. *E. Bosio placet ea lectio; nam Mystæ tantum lustrabantur: arcana autem Deûm epoptæ norant. v. Meurs. Eleusin. c. 8. imo ne epoptis quidem, sed solis sacrorum præfectis aspicere fas erat, ut docet idem.*

a post. b incubuit.

mulier, basiavit me c spissius, & ex lacrymis in risum mota descendentes ab aure capillos meos d temtata manu duxit: &, Facio, inqvit, inducias vobiscum, & à constituta lite dimitto. 5. Qvod si non annuissetis de hac medicina, qvam peto, jam parata erat in crastinum turba, qvæ & injuriam meam vindicaret, & dignitatem.

Contemni, turpe est; *legem donare*, e *superbum.*

Hoc amo, qvod possum f *qvalibet ire via.*
Nam sane & sapiens g *contemptus jurgia flectit*;
Et, qvi non h *jugulat, victor* i *abire solet.*

6. Complosis deinde manibus in tantum repente risum effusa est, ut timeremus. idem ex altera parte & ancilla fecit, qvæ prior

c diutius, *lento osculo. Bo.* d dentata *Lipsius i. e. in modum pectinis formata dentatim. Est blanditiarum genus.* e tyrannicum. f *mediocritatem servare, neque aliis præcipiendo, neque superbe præcipientibus obsecundando. Freherus v.* qualibet *i. e liber esse, form. manumiss.* Liber esto atq; abito, qvo voles *E.* g litem mouet L. h prorsus victum occidit. *Gladiatorium*: vincere & non ferire *D.* i haberi.

prior venerat. idem virgúncula, qvæ unà intraverat.

CAP. XIX. 1. Omnia mimico risu exsonuerant, cum interim nos, qvæ tam repentina esset mutatio animorum facta, ignoraremus, ac modo nosmetipsos, modo mulieres intueremur.

* a

2. Ideo vetui hodie in hoc diversorio qvenqvam mortalium admitti, ut remedium tertianæ sine interpellatione à vobis acciperem. 3. Ut hæc dixit Qvartilla, Ascyltos qvidem paulisper obstupuit: ego autem frigidior hyeme b Gallica factus, nullum potui verbum emittere. 4. Sed ne qvid tristius expectarem, comitatus faciebat. Tres enim erant mulierculæ, si qvid vellent conari, infirmissimæ, scilicet contra nos, si nil aliud, virile sexus esset, qvod auxiliaretur. 5. Et c præcincti certe altius eramus: immo ego sic jam d paria composueram,

a Connex. *Tandem, inqvit Qvartilla* b *Galliæ Cisalpinæ, qvæ inter Alpes est & Rubiconem L.n.* Conf. Adag. p. 738. c parati ad pugnam. d comparaveram, *qvod gladiatorum.* Gons.

fuerant, ut si depugnandum foret, ipse cum Quartilla consisterem, Ascyltos cum ancilla, Gyton cum virgine. * e 6. Tunc vero excidit omnis constantia attonitis, & mors non dubia miserorum oculos cœpit f obducere. *

CAP. XX. 1. Rogo, inqvam, domina, si qvid tristius paras, celerius confice. neqve enim tam magnum facinus admisimus, ut debeamus a torti perire. * 2. Ancilla, qvæ b Psyche vocabatur, c lodiculam in pavimento diligenter extendit. d *Sollicitavit ingvina mea mille jam mortibus frigida. * 3 Operuerat Ascyltos pallio caput, admonitus scilicet, periculosum esse alienis intervenire secretis * duas e institas ancilla protulit de f suris: alteraqve pedes

e Connex. *Quartilla spe elusa egreditur, reversa ab ignotis in palatiuus nos transferri jussit.* f *tenebræ mortis prænunciæ nobis obortæ.* Bo. * Connex. *Ast ego inqvam.*

a Per cruciatus. b ψυχὴ anima, *Quartillæ ancilla.* c lodicem, *qua lecti teguntur.* d connex. & e fascias, *quibus crura & pedes teguntur* Gons. f de sinu. *Bourd.*

pedes nostros alligavit, altera manus. g ** 4. Ascyltos jam deficiente fabularum contextu, Qvid ergo, inqvit, non sum dignus qvi bibã? Ancilla risu meo prodita complosit manꝰ, & appolui qvidem inquit, adolescens. solus tantũ medicamentum ebibisti? 5. Itane est, inqvit Qvartilla, qvicqvid Satyrii fuit, Encolpius ebibit? * non h indecenti risu latera commovit. 6. * Ac ne Gyton qvidem ultimo risum tenuit, utiqve postqvam virgunicula cervicem ejus invasit, & non repugnanti puero innumerabilia oscula dedit. *

CAP. XXI. 1. Volebamus miseri exclamare, sed nec in auxilio erat qvisqvam, & hinc Psyche acu a comatoria cupienti mihi b invocare c Qviritium fidem, malas pungebat; illinc puella d penicillo, qvod

g Connex. *Strictus Encolpius à garriente auxilla oblatum satyrion hausit, cujus extrema portione illa non sentientis Ascylti dorsum sparsit.* o *decoro.*

a *crinali.* b implorare. c *In extrema calamitate auxilium populi implorabant h. m.* Porro Qvirites *Turn. Adv.* d *ex spongia, Plin. l. 9. c. 49. ad*

& ipsum Satyrio tinxerat, Ascylton opprimebat. * 2. Ultimo e cinædus supervenit f myrtea subornatus g gausapila, cinguloqve succinctus, modo extortis nos clunibus cecidit, modo basiis olidissimis inqvinavit, donec Qvartilla h ballenatiam tenens virgam, alteqve succincta, jussit infelicibus dari missionem. * 3. Uterqve nostrum religiosissimis juravit verbis, inter nos periturum esse tam i horribile secretum. ** 4. Intraverunt k palæstricæ qvam plures, & nos l legitimo perfusos oleo refecerunt. 5. Utcumqve igitur lassitudine abjecta, m cœnatoria repetimus, & in proximam cellam ducti sumus, in qva tres lecti strati erant, & reliqvus lautitiarum apparatus splendidissime expositus.

6. Ju-

---

49. *ad abstergendum, fricandum. Gons. cæterum in re medica qvorsum istud valeat, vid. Lot. Comm. c. 5. & 6.* l. e Pantomimus, *saltator.* f *coloris ex viridi nigricantis.* g Gausapina *al. veste villosa sub penula vel tunica* Bo.. h *e cartilagine balenæ seu ceti* Turn. *qva Athletorum certationes dirimebantur.* i verendum. k luctatrices. *E. n.* l Lecythino. *Lecythus est ampulla olearia. W.* m *vestimenta, quibus inter cœnam utebantur, alias*

6. Jussi ergo discubuimus, & n gustatione mirifica initiati, vino etiam falerno inundamur. 7. excepti etiam pluribus ferculis cum laberemur in somnum; Itane est? inqvit Qvartilla, etiam dormire vobis in mente est, cum sciatis Priapi genio pervigilium deberi?

CAP. XXII. 1. Cum Ascyltos gravatus tot malis in somnum laberetur, illa, qvæ injuriâ depulsa fuerat, ancilla totam faciem ejus fuligine longâ perfricuit, & non sentientis labra humerosq; a sopitis titionibus b pinxit. 2. Jam ego etiam tot malis fatigatus minimum veluti gustum hauseram somni: idem & tota intra forisqve familia fecerat: atqve alii circa pedes c discumbentium sparsi jacebant, alii parietibus appliciti, qvidam in ipso limine conjunctis d marcebant capitibus: lucernæ qvoqve humore defectæ, tenue &

accubitoria Bo. n antecœnio. *s. prima parte cœnæ.* Gons.

a Sopitionibus *L. alii contractum ingenio Petroniano.* Gronov. *sopiti sc Ascylti.* Bo. b *joci ergo, L. n.* c *etiam soporatorum. Gons.* d lan-

gve-

e extremum lumen spargebant, cum duo f Syri g expilaturi h lagenam, triclinium intraverunt: 3. dumqve inter i argentum avidius rixantur, k diductam fregerunt lagenam. cecidit etiam l mensa cum argento, & ancillæ super torum marcentis excussum fortè altius poculum, caput fregit. ad qvem ictum exclamavit illa, pariterqve & fures prodidit, & partem ebriorum excitavit. 4. Syri illi, qvi venerant ad prædam, postqvam se deprehensos intellexerunt, pariter m secundum lectum conciderunt, ut putares hoc n convenisse, & stertere tanqvam olim dormientes cœperunt. 5. Jam & o Tricliniarches experrectus, lucernis occidentibus oleum infuderat, & pueri detersis paulisper oculis, redierant ad ministerium, cum intrans p cymbalistria & concrepans æra, omnes excitavit.

CAP. XXIII.

---

gvebant. *Bo* e minimum. f *Servi.* g *exsiccaturi, furaturi.* h *vas fictile vinarium* i vasa argentur. k *in duas partes ductam.* l abacus. *Dressoir.* m juxta n Gron. *ita pepigisse. Sic alibi* pax convenit. *Bo.* o *triclinii præfectus, qui convivio triclinioque exornando præest* p *qvæ cymbalis crotalisqve canit.*

CAP. XXIII. 1. Refectum igitur est convivium, & rursus Quartilla ad bibendum revocavit. adjuvit hilaritatem comessantis cymbalistria. * 2. Intrat cinædus homo omnium insulsissimus, & plane illâ domo dignus, qui ut [a] infractis manibus congemuit, ejusmodi carmina effudit: *Huc huc convenite nunc* [b] *spatalocinædi, Pede tendite, cursum addite, convolate plantâ, & Femore facili, clune agili, & manu procaces, Molles, veteres, Deliaci manu reciſi.* 3. Consumptis versibus suis, immundissimo me basio conspuit: mox & super lectum venit, atque omni vi detexit recusantes. Super ingvina mea diu multumqve frustra moluit. 4. Perfluebant per frontem fudantis [d] acaciæ rivi, & inter rugas malarum tantum erat [e] cretæ, ut putares [f] detectum parietem nimbo laborare.

CAP. XXIV.

---

a Contritis, *ad parandam attentionem,* b *lascivientes saltatores* c pedibus. *Describit Cinædicam saltationem.* d *Sudore solutti fuci defluentis.* e *qua facies erat depicta. De fuco ex* acacia & creta *vide Lot. Com. p. 62.* f *Pluvia madefactum in tectoriis sive summa cute vitium accipere* Bo.

CAP. XXIV. 1. Non tenui ego diutius lacrymas: sed ad ultimam perductus tristitiam, Qvæso, inqvam, domina, certe [a] Embasicœtam jusseras dari. 2. Complosit illa [b] tenerius manus, &, O, inqvit, hominem acutum, atqve urbanitatis [c] verniliæ fontem! Qvid? tu non intelleXeras cinædum Embasicœtam vocari? 3. Deinde ne contubernali meo melius succederet, Per fidem, inqvam, vestram Ascyltos in hoc triclinio solus ferias agit? Ita? inqvit Qvartilla, & Ascylto Embasicœtas detur. Ab hac voce eqvum cinædus mutavit, transituqve ad comitem meum facto, cunnibus eum basiisqve distrivit. 4. Stabat inter hæc Gyton, & risu [d] dissolvebat ilia sua. Itaq; conspicata eum Qvartilla, cujus esset puer diligentissima scisciatione qvæsi-

a *poculi genus, ut est ap. Athenæum l. 11. dipnos. Qvartilla v. ex appellativo proprium facit.* Gons. *Alia ratione* Lotich. *in not.* Cinœdum jure embateutico, ceu oppignoratum vult tradi. b *cum majore affectu.* Bo. c *al.* vernulæ. Gron. vernaculæ. *Est a.* verna *& diminutivum* vernula *servus domi natus Lot.* d immodice ridebat.

qvæsivit. Cum ego fratrem meum esse dixissem, Qvare ergo, inqvit, me non basiavit? vocatumq; ad se in osculum applicuit: mox manum etiam demisit in sinum, & pertrectacto vasculo tam rudi, Hoc, inqvit, belle cras in promulside libidinis nostræ militabit: hodie enim *e* post asellum, *f* diaria non sumo.

CAP. XXV. 1 Cum hoc diceret, ad aurem ejus Psyche ridens accessit, & cum dixisset nescio qvid, Ita, ita, inqvit Qvartilla, bene admonuisti: cur non, qvia bellissima occasio est, devirginetur Pannichis nostra? 2. Continuoqve producta est puella satis bella, & qvæ non plus qvam septem annos habere videbatur, & ea ipsa, qvæ primum cum Qvartilla in cellam venerat nostram, Plaudentibus ergo universis, & postulantibus, nuptias fecerunt. 3. Obstupui ego, & nec Gytona, verecundissimum puerum, sufficere huic petulantiæ affirmavi, nec puellam ejus ætatis esse, ut muliebris patientiæ legem posset accipere. Ita? inqvit Qvartilla?

e post cibos delicatos non sumo serviles. *f* cibos viles qvotidianos.

tilla; minor est ista qvam ego fui, cum primum virum passa sum? 4. a Junonem meam iratam habeam, si unqvam me meminerim virginem fuisse. nam & infans cum paribus inqvinata sum, & subinde prodeuntibus annis, majoribus me pueris adplicui, donec ad hanc ætatem perveni. 5. Hinc etiam puto proverbium natum illud, ut dicatur, Posse taurum tollere, qvæ vitulum sustulerit. Igitur ne majorem injuriam in secreto frater acciperet, consurrexi ad officium nuptiale.

CAP. XXVI. 1. Jam Psyche puellæ caput involverat a flammeolo; jam b Embasicœtas præferebat c facem; jam ebriæ mulieres longum agmen plaudentes fecerant, thalamumqve d incesta exornaverant veste: 2. Tum Qvartilla jocantium quo-

a *execrationis formula. Solebant iratos Deos invocare.*

a vitta *vel* velo, *qvo nuptarum vultus velabantur.* Flammeum *quasi* filameum, *vel à colore flammæ simili, vel quod eo assiduè utebatur Flamica, uxor Flaminis.* Gons. b Cincœdus *saltator* c tedas. d *al.* ingesta *sc. veste. Toros nuptiales olim purpureis vestibus insternebant. E.*

qvoqve libidine accensa, & ipsa surrexit, correptumqve Gytona in cubiculum traxit. Sine dubio non repugnaverat puer, ac ne puella qvidem tristis expaverat nuptiarum nomen. 3 Itaqve, cum inclusi jacerent, confedimus ante limen thalami, & inprimis Qvartilla per rimam improbe diductam applicuerat oculum curiosum, lusumqve puerilem libidinosa speculabatur diligentia. 4. Meqvoqve ad idem spectaculum lenta manu traxit: & qvia considerantium haserant vultus, qvicqvid à spectaculo vacabat, commovebat obiter labra, & me tanqvam furtivis subinde osculis verberabat. * e Abjecti in lectis sine metu reliqvam exegimus noctem. f **

CAP. XXVII. 1. Videmus a senem culvum tunica vestitum b russea, inter pue-

e Connex *Encolp. & Asc. abeunt in diversorium*, & continuo. f Connex *Postero die Ascylti cum raptoribus lites. His subjiciunt partem è fragm. Traj. quo fugam meditantes, Enc. & Asc. servus Agamemnonis interpellat, cœnæ ap. Trimalcionē futuræ facta mentione. Hi vestiti errant*, cum subito.

a deformem, *ridiculum*. b rufa.

pueros capillatos ludentem c pila. 2. Nec tam pueri nos, qvamqvam erat operæprecium, ad spectaculum duxerant, qvam ipse paterfamiliæ, qvi soleatus pila sparsiva exercebatur; nec eam amplius repetebat, qvæ terram contigerat, sed d follem plenum habebat servus, e sufficiebatqve ludentibus. 3. Notavimus etiam res novas. Nam duo spadones in diversa parte circuli stabant, qvorum alter matellam tenebat argenteam, alter numerabat pilas, non qvidem eas, qvæ inter manus lusu expellente f vibrabant, sed eas, qvæ in terram decidebant. 4 Cum has miraremur lauticias, g Trimalcio lautissimus homo digitos concrepuit: ad qvod signum matellam spado ludenti suppositi. Exonerata

c Lot. *quatuor recensent pilæ genera h. l de pila ex pelle inflata interpretatus.* d *saccum.* e affatim dabat. f *neutraliter.* g *ex μαλακὸς mollis, quasi* ter mollis. *Interpp de Nerone accipiunt, reclamante Gron. & Bosio, quibus Claudianus servus aliqvis intelligitur, quos regia stupidi Principis ex vilissimis potentes & divites & luxuriosos fecit.*

nerata ille vesica, aqvam popoſcit ad manus, digitosqve paululum aſperſos in capite pueri terſit.

CAP. XXVIII. 1. Longum erat ſingula excipere. Itaqve intravimus *a* balneum, & ſudore calefacti, momento temporis ad frigidam eximus. 2. Jam Trimalcio ungvento perfuſus tergebatur, non linteis, ſed palliis ex molliſſima lana factis. Tres interim *b* jatraliptæ in conſpectu ejus falernum bibebant. *c* 3. Hinc, involutus *d* coccina gauſapa, le ticæ impoſitus eſt, præcedentibus *e* faleratis curſoribus IIII. & *f* chiramaxio, in qvo deliciæ ejꝰ ferebantur, puer vetulus, lippus, domino Trimalcione deformior. 4. Cum ergo afferretur, ad caput ejus cum *g* minimis *h* ſymphonia-

a *poſt ejusmodi exercitia Romani intrabant balneum, de cujus uſu vid. Lot. comm. l. 1. c. XI.* b unctores medici ἐξιατὴρ medicus & ἀλείπτης unctor *c.* Trajur. Conn & *cum plurimum rixantes effunderent, Trimalcio hoc ſuum propinaſſe dicebat.* d coccini coloris. Scharlach. e *ad modum equi phaleris ornatus, Lot. f.* modico plauſtro, *quod ſervorum manu, non jumentis, trahebatur. Bo.* g *Erant enim longæ, mediæ, breves Gons.* h concinnen-

phoniacis tibiis acceſſit, & tanqvam in aurem al qvid ſecreto diceret, toto itinere cantavit. 5. Seqvimur nos jam admiratione faturi, & cum Agamemnone ad januam pervenimus. *6. In aditu ipſo ſtabat hoſtiarius g praſinatus, h ceraſino ſuccinctus cingulo, atqve in lance argentea piſum purgabat. 7. Super limen autem cavea pendebat aurea, in qva pica i varia intrantes ſalutabat.

CAP. XXIX. 1. Cæterum ego dum omnia a ſtupeo, pene reſupinatus crura mea fregi. ad ſiniſtram enim intrantibus, non longe ab b hoſtiarii cella, canis ingens catena vinctus, in pariete erat pictus, ſuper-

---

nentibus. *duas ſimul inflabant, alteram acuti, alterã gravis ſoni.* Gonſ. * Tr. Conn. *in cujus poſte libellus erat, cum hac inſcriptione fixus.* QVISQVIS. SERVUS SINE. DOMINICO JUSSU. FORAS. EXIERIT. ACCIPIET. PLAGAS. CENTUM. g toga praſina *vel* viridi indutus. h *rufo inſtar craſorum.* Cell. *Lex.* i verſicolor. a miror. b Servi, *cui ædium cuſtodia demandata.*

superqve qvadrata litera scriptum, CAVE. CAVE. CANEM. 2. Et c collegæ qvidem mei riserunt. Ego autem collecto spiritu, non destiti totum parietem d persequi. Erat autem e venalitium f titulis pictum, & ipse Trimalcio g capillatus h caduceum tenebat, Minervaqve ducente i tenia intrabat. 3. Hinc qvemadmodum ratiocinari didicisset, dein dispensator factus esset, omnia diligenter curiosus pictor cum inscriptione reddiderat. 4. In deficiente vero jam porticu k levatum mento in tribunal excelsum Mercurius capiebat. Præsto erat fortuna cornu abundanti copiosa, & tres Parcæ l aurea pensa torqventes. 5. Notavi etiam

c comites d *considerando*, e *gregem venalium servorum.* f *inscriptione* g *tener ætate* h virgam Mercurii. *Caligulam imitatus Nero Mercurio æqui parari voluit.* i *Laciniis vestimenti* hominem tenia comprehensum introducebat dea. *Barth. rac. W. Tæniæ novi scribit celeb. Bosius, qvid sit* ducere tænia, *ignoro. Suspicor legi:* regiam intrabat. k sublimem rapiebat. Rich. l *qvalia feliciorum erant.* Sen. de morte Claud. *Candida de niveo aurea formoso descendunt secula filo.* Bo.

am in porticu gregem curſorum cum magiſtro ſe exercentem. Præterea grande *m* armarium in angulo vidi, in cujus *n* ædicula erant Lares argentei poſiti, Veneriſqve ſignum marmoreum, & pixis aurea non puſilla, in qva *o* barbam ipſius conditam eſſe, dicebant. Interrogare ego *p* atrienſem cœpi, qvas in media porticu picturas haberent. Iliada, *q* & Odyſſeam, inqvit. *r*

CAP. XXX. 1. Jam ad triclinium veneramus. in cujus parte prima procurator rationes accipiebat: &, qvod præcipue miratus ſum, in poſtibus triclinii *a* faſces erant cum ſecuribus fixi, qvorum imam partem qvaſi *b* embolum navis æneum finie-

m *locus, ubi libri reponuntur, armamentarium, ubi arma L.* n *ſacrario.* o *ſolebant vett: primam lanuginem ſolenni die deo alicui conſecrare* Juv. ſat. 3. *ille metit barbam Bo.* p *atrio præfectum.* q Homeri. r Tr. conn. *ac lenatis gladiatorium munus. Non licebat multa etiam conſiderare. Nos* a *bacilli teretes, loro colligati in morem faſcis,* inſignia magiſtratus. b *qvi in faciem noſtri navalis æneiſ. in turbinem deſinebant. nam embolum & roſtrum pars proræ.* Bo.

finiebat, in qvo erat scriptum, G. *c* POMPEIO. TRIMALCIONI. VI. VIRO. AUGUSTALI. CINNAMUS. DISPENSATOR. 2. Sub eodem titulo, etiam lucerna *d* bilychnis de camera pendebat, & duæ tabulæ in utroqve poste defixæ; qvarum altera, si bene memini, hoc habebat inscriptum: III. ET PRIDIE KAL. JAN. *e* G. NOSTER *f* FORAS COENAT. 3. altera *g* lunæ cursum *h* stellarumqve VII. imagines pictas, &, qvi dies boni, qviqve incommodi essent, distingvente *i* bulla notabantur. 4. Cœterum ut movimus *k* dextros gressus, servus nobis *l* dispoliatus procubuit ante pedes, & rogare cœpit, ut se pœnæ eriperemus: nec magnum esse peccatum suum, propter qvod periclitaretur. 5. Subducta enim vestimenta sibi *m* dis-

C pen-

c *Prænomen Trimalcionis, quo ingenuis tantum uti licuit.* D. d *lucerna pensilis, duplici lychno* Gl e Gneus *Trim. prænomen* L. f in publico g Gons. *putat cœnationem rotundam intelligi, quæ perpetuo, instar mundi circumageretur Suet Ner. 31. c.* h planetarum. i atra k feliciter *processimus* Bo. l *veste nudatus ad plagas sufferendas.* Bo. m *qui domini pecuniæ præpositus*

pensatoris in balneo, qvæ vix fuissent X. n HS. 6. Retulimus ergo dextros pedes, dispensatoremqve o imprecario aureos numerantem deprecati sumus, servo remitteret pœnam. 7. Superbus ille sustulit vultum, &, Non tam jactura me movet, inqvit, qvam negligentia neqvissimi servi. 8. Vestimenta mea p cubitoria perdidit, qvæ mihi natali meo donaverat cliens qvidam, q Tyria, sine dubio, sed jam semel r lota. qvicqvid ergo est dono vobis.

CAP. XXXI. 1. Obligati tam grandi beneficio cum intrassemus triclinium, occurrit nobis ille idem servus pro qvo rogaveramus, & s spississima basia stupentibus impe-

---

positus erat. G. n vel X. *nummorum sestertium i. e. 2. schillingorum, cum dimid l X. mill. numm. sestert. i. e. 250. ducatonum s. Philippicorum, vel denique decies sestertii i. e. 25000. ducatonum Hic media summa videtur intelligenda.* Grön. o *in prætorio* Gons. *in precario i. e. sacrario* alii. Prætorium villa lautior Gr. *An legendum* in procœtone *excubitorio, quæ vox est ap. Plin. l 2. ep. 17?* Bo. p cœnatoria. q purpurea, r *non tamen plane nova, sed jam semel apud fellonem interpolata.* Lota terque quaterque *Mart. epig. 11. l 10.* Bo.

s *creberrima.*

impegit, gratias agens humanitati noſtræ. 2. Ad ſummam, ſtatim ſcietis, ait, cui dederitis beneficium. Vinum *b* dominicum miniſtratoris gratia eſt. 3. Tandem ergo diſcubuimus, pueris Alexandrinis aqvam in manus *c* nivatam infundentibus, aliisqve inſeqventibus ad pedes, ac *d* paronychia cum ingenti ſubtilitate tollentibus. 4. Ac ne in hoc qvidem tam moleſto tacebant officio, ſed obiter cantabant. Ego experiri volui, an tota *e* familia cantaret. 5. Itaqve potionem popoſci: paratiſſimus puer, non minus me *f* acido cantico excepit: & qvisqvis aliqvid rogatus erat ut daret. *g* pantomimorum non patrisfamiliæ triclinium crederes. 6. Allata eſt tum *h* guſtatio valde lauta. Nam jam omnes diſcubuerant præter ipſum Trimalcionem,

b *de vino, quo Dominus utitur, pocillator gratificari poteſt, cui vult.* Gr. c *aquam ex nive coctam, qua & vinum temperare ſoliti ſunt veteres* vid. Lot. comm. *c* 12. d *ceduvias, ſordes pedum.* e *imitata Dominum, qui inſanum amabat muſicam Sv. c.* 20. 21. 22. f acuto *E mordaci Lot. n.* g Symphoniacorum puerorum. h *prima pars cœnæ. Pro* lauta *legit Gons.* laudata.

cui locus, novo i more, primus servabatur. 7. Ceterum in k promulsidari asellus erat l Corinthius cum bisaccio positus, qvi habebat olivas in altera parte albas, in altera nigras. 8. Tegebant asellum duæ lances, in qvarum marginibus nomen Trimalcionis inscriptum erat & argenti pondus. 9. m Ponticuli etiam n ferruminati sustinebant o glires melle & papavere sparsos. fuerunt & p tomacula supra q craticulam ferventia argenteam posita: infra craticulam, r Syriaca pruna cum granis s punici mali.

CAP.

---

i *Nam in triclinio pro principe vel honestissimo loco censebatur in medio lecto locus imus, qui & consularis dictus, At pater familias obtinebat in imo lecto locum summum* Bo. k *vase promulsidem continente* L. l *ex ære Corinthio factus, à forma sic dictus, onustus saccis.* Scal. *putat vas fuisse gestans promulsidem. Unde* post asellum diaria non sumo W. Lot. v *etiam asellis, pullis asinorum vesci solitos refert. n. p. 237.* m *receptaculum ciborum.* n *stellis ferreis auro inclusis.* Gr. v. *conglutinati ex metallo facti.* o *qvorum esus ap. Romanos Lotichio* comm. c. 2. *probabilis.* p ἀπὸ τῆς τομῆς incisione, *ex variis carnibus facta.* q *in qva torrentur tomacula.* r Damascena. L. s mali Granati. L.

CAP. XXXII. 1. In his eramus lautitiis, cum ipse Trimalcio ad symphoniam allatus est, positusqve in cervicalia minutissima expressit imprudentibus risum. 2. Pallio enim *a* coccino adrasum incluserat *b* caput, circaqve oneratas veste cervices *c* laticlaviam immiserat mappam, fimbriis hinc atqve illinc pendentibus. 3. habebat etiam in minimo digito sinistræ manus *d* annulum grandem subauratum extremo vero articulo digiti seqventis minorē, ut mihi videbatur, totum aureum, sed plane ferreis velut stellis *e* ferruminatum. 4. Et ne has tantum ostenderet divitias, dextrum nudavit *f* lacertum armilla aurea cultum, & eboreo circulo lamina splendente connexum.

CAP. XXXIII. 1. Ut deinde *g* spina argentea dentes perfodit, Amici, inqvit, non-

a *cocto tinctum erat.* b *ex more ægrotorum & mollium.* Bo. c *mantile ornatum segmentis purpuræ latioribus, quæ referebant clavorum capita* Bo. d *de annuli usu Lot. com. l 1. c. 15.* e *vide c. 31. n.* f *brachium à cubito ad manus. Rem narrat Suet. c. 6.*

g *de dentiscalpiorum materia, usu &c. Lot. c. 16.*

dum mihi b ſvave erat in triclinium venire, ſed, ne i abſentivus eſſem, omnem voluptatem mihi negavi. Permittitis tamen finiri luſum. 2. Seqvebatur puer cum k tabula l terebintina & cryſtallinis teſſeris: notaviqve rem omnium delicatiſſimam. Pro calculis enim albis, aut nigris, aureos argenteosqve habebat denarios. 3. Interim dum ille omnium * m teſtorum inter luſum conſumit, guſtantibus adhuc nobis, n repoſitorium allatum eſt cum corbe, in qva gallina erat lignea patentibus in o orbem alis, qvales eſſe ſolent, qvæ incumbunt ova. 4. Acceſſere continuo duo ſervi, & ſymphonia ſtrepente, ſcrutari p paleam cœperunt; eruta-

h lubebat. i abſens diutius *Gl.* k luſoria *Bo.* l *ex ligno ejus arboris.* m *Gron. L.* omnium ſcriptorum iter luſu conſumit *i. e. dum calculos movet per omnia ſcripta, & dein eximit ad conſumendum luſum.* Bo Sed Lotich. *not* teſtorum *retinet, addit.* aut teſtuum *i. e placentarum, quas inter luſum abſumſerat Trimalcio. Gons.* calculorum agmen. n *in quo ſtruices menſæ apponebantur. Gl.* o circulum p *ex qua nidus formari ſolebat Colum. 8, 5. Bo.*

erutaqve subinde pavonina ova divisere convivis. 5. Convertit ad hanc q scenam vultum Trimalcio: &, Amici, ait, pavonis ova gallinæ jussi supponi. Et me Hercules timeo, ne jam concepta sint. r temptemus tamen si adhuc sorbilia sunt. 6. Accipimq nos cochlearia, non minus sex libras pendentia, ovaqve ex farina pingui figurata pertundimus. 7. Ego qvidem pene projeci partem meam: nam videbatur mihi jam in pullum coisse. 8. Deinde ut audivi veterem convivam, Hic nescio qvid boni s debet esse, persecutus putamen manu, pingvissimam t ficedulam inveni piperato vitellio u piperatam.

CAP. XXXIV. 1. Jam Trimalcio eadem omnia, lusu intermisso, poposcerat, fecerat-qve potestatem clara voce, si qvis nostrum iterum vellet, a mulsum sumeret: cum subito signum symphonia datur, & gustatoria pariter à choro cantante rapiuntur.

q *fictitiam gallinam.* r tentemus. s verisimile est. t *quæ ficus edit,* Schneyffe. u *Quis non offendatur repetitione vocabuli? Puto rescribendum* maceratam *i. e perfusam* Gr. Bo.

a potum in anticœnio.

2. Ceterum inter tumultum, cum forte b parapsis excidisset, & puer jacentem fustulisset, animadvertit Trimalcio, colaphisqve obiurgare puerum, ac projicere rursus parapsidem jussit. 3. Insecutusqve est c lecticarius, argentumqve inter reliqva d purgamenta scopis cœpit e verrere. 4. Laudatus propter elegantias dominus, f Equum, inqvit, Mars amat: itaqve jussit senex suam cuiqve mensam assignari; * g obit ei prædissimi servi minorem nobis æstum sua freqventia facient. 4. Statim allatæ sunt amphoræ vitreæ diligenter h gipsatæ, qvarum in cervicibus i pittacia erant affixa, cum hoc titulo, FALERNUM. k OPIMIANUM. ANNORUM. CENTUM.

Dum

b catinus, *vas argenteum.* c supellectica-rius, *supellectilis custos.* Bo. Lecticarius, *qui lecticam portabat.* d quisquilias. e *everrere.* f *Imo* æquũ; *æquas omniũ conditiones* Gr. Alii suo singulis equus, sua mensa. * *addiditq;* gan *leg.* ob id *i.e.* idcirco? Gr. Gons. *obvii etiam servi per discessum nobis minorem æstum facient.* h gipso obturatæ, *picabantur enim vel gipso oblinebantur lagenæ, ne anima vini exspiraret.* i epistolæ breves. k *quo Consule optimum vinum* Gons.

Dum *l* titulos perlegimus, complosit Trimalcio manus, &, Heu, inqvit, ergo *m* diutius *n* vivit! verum est, vinum Opimianum præsto; heri non tam bonum posui, & multo honestiores cœnabant. 6. Potantibus ergo, & accuratissime nobis lautitias mirantibus, *o* larvam argenteam attulit servus sic aptam, ut *p* articuli ejus vertebræqve locatæ in omnem partem flecterentur. 7 Hanc cum super mensam semel iterumqve abjecisset, & catenatio mobilis aliqvot figuras exprimeret, Trimalcio adjecit;

Heu, heu nos miseros, qvam totus homuncio
nil est!

Sic erimus cuncti, postqvã nos auferet q *Orcus.*
Ergo vivamus, dum licet esse r *bene.*

CAP. XXXV. 1 *a* Laudationem *b* ferculum insecutum est, plane non pro expectatione magnum. 2. Novitas tamen omni-

l inscriptionem. m *fragm. Traj. supplet:* vinum qvam homuncio! n durat. o Sceleton. p *sic aptatum, ut varias figuras exprimeret.* Gons. q Sepulchrum, mors. r valere. *Vitam omnem voluptuariam complectitur. Gl.*

a plausum convivarum. *b* *missus cibi.* Tracht/ Auf-

um convertit oculos. Repositorium enim rotundum, XII. habebat signa in orbe disposita, superqve proprium convenientemqve materiæ [c] structor imposuerat cibum: super arietem, [d] cicer arietinum: super taurum, [e] bubale frustum: super geminos, testiculos, ac [f] renes: super cancrum, [g] coronam: super leonem, ficum [h] Africanam: super virginem, [i] sericulam: 4. super libram, stateram, in cujus altera parte [k] scriblita erat, in altera placenta: super sagittarium, [l] odopetam: super

---

Mussatz. L. *Romanis erati 1. gustatio 2. cœna. 3. bellaria* è Lipsi. Lot. n. p. 234. c *qui cibos ordinat, forte & scindit.* d *leguminis species aliud à sativo Gl. arietino capiti simile.* Gons. è Plin. 18. c 2 e è *tubulo* Büffel. f *rationem vide in Comm. Lot* c. 17 n. g *turdorum. Quia cancro oriente occidit corona.* Gons. *Sed vide interpp.* h *Leones enim Africa profert.* i Serotina *poma, quæ Augusto matureſcunt* Gons è Joh. Toræuſio, *qui ſupplet:* Super ſcorpium *ejusdem nominis piſcem.* Gons *comm. Aliter Lotichius, quem vide comment.* 18. l. 1. *not* p. 269. k ἀπὸ τῆς τρεβλείας, *quod torqueatur, torta.* l *Reines. putat mutatum ex* ſclopeta *puerili instrumento:* Klatzſchbüchſe. *Alii*

Oto-

super capricornum, locustam marinam: super aqvarium, anserem: super pisces, duos mullos. 5. In medio autem m cespes cum herbis excisus favum sustinebat. 6. Circumferebat Ægyptius puer n clibano argenteo panem, atqve ipse etiam o teterrima voce de p laserpiciario mimo * canticum extorqvet. 7. Nos ut tristiores ad tam viles accessimus cibos, Svadeo, inqvit Trimalcio, cœnemus; hoc est jus q cœnæ.

CAP. XXXVI. 1. Hæc ut dixit, ad symphoniam iv. tripudiantes procurrerunt, superioremqve partem repositorii abstulerunt. 2. qvo facto videmus infra, scilicet in altero ferculo, altilia & a fumina, leporemqve

Otopetam, auritum animal, leporem vel canem venaticum. m terræ in medio positæ signum, favus mellis urbes indicat. Gons. n clibanus furnus modulis placentis & pani coqvendis aptus; ateſta, ferro vel ære fiebat. Gl. o tenerrima W. Potest etiam retineri, improbat enim cantum mimicum. p qui tibiam ex caule vel radice laserpitii perforata habet. Gons. q. est de natura & proprietate cœnæ, ut convivæ cœnent. Lot. not p. 274.

a Ventres suillos infra umbilicum cum uberibus Gl. farcimina Lot. n.

in medio pennis subornatum, ut Pegasus videretur. 3. Notavimus etiam circa angulos repositorii b Marsyas IIII. ex quorum utriculis c garum piperatum currebat super pisces, qui in d Euripo natabant. 4. Damus omnes e plausum à familia cœptum, & res electissimas ridentes aggredimur. 5. Non minus & Trimalcio ejusmodi f methodio lætus, Carpe, inquit. Processit statim g scissor, & ad h symphoniam ita gesticulatus laceravit obsonium, ut putares i Darium k hydraule cantante pugnare. 6. Ingerebat nihilominus Trimalcio lentissima voce, Carpe. Ego suspicatus ad aliquam urbanitatem toties iteratam vocem pertinere, non erubui

b *Satyros æreos, putealia, quæ aquam evomunt Lot. n.* c *liquorem ex piscibus.* d *Patinæ fundo in modum canalium.* e probamus. f *Iudificatione, cum tristes accesserimus ad viles cibos, ridentes sumimus lautiores.* g *scindendi obsonii magister.* h *arte ad numerum movendi cultrum.* i *cujus exercitus ad instrumenta Musica pugnasse putatur ut Sybaritarum. Plin. l. 8 c. 42. alii* Essedarium *gladiatorum genus, qui ad numerum movebant gladios.* k organico instrumento.

erubui eum, qvi supra me accumbebat, hoc ipsum interrogare. 7. at ille, qvi sæpius ejusmodi ludos spectavérat, Vides, inqvit, illum qvi obsonium carpit? Carpus vocatur. itaqve qvotiescunqve dicit, Carpe, eodem verbo & l vocat & imperat. 8. Non potui amplius qvicqvam gustare. sed conversus ad eum, ut plurima exciperem, longe m arcessere fabulas cœpi, sciscitariqve qvæ esset illa mulier, qvæ huc atqve illuc discurreret. 9. Uxor, inqvit, Trimalcionis, Fortunata appellatur, qvæ n nummos modio metitur. Et modo qvid fuit? Ignoscet mihi Genius tuus, noluisses de manu ejus o panem accipere. 10. Nunc nec qvid, nec qvare, in cœlum abiit, & Trimalcionis p Ta panta est. ad summam, mero meridie si dixerit illi tenebras esse, credet. * * *

C 7 CAP.

l *quasi dicat* Carpe carpe, *nom. & verbo,* m *sermonis occasionem qvarere Torn.* n *proverb. hyperb. de ditissima Adag.* 471. o *Adag.* Es hätte nicht ein Hund ein Stücke Brodt von ihr genommen. p τὰ πάντα omnia.

Cap. XXXVII. 1. Cœnam a Trimalcionis, si potes ingredere, & porcum sic gravidari posse miraberis, nisi forte admirationem multiplex, ignota, & inaudita luxuria b tollat. * 2. Comprobamus c factum, varioqve sermone garrimus, & poëtarum cœpit esse mentio, diuqve summa carminis penes d Mopsum Thracem memorata est: donec Trimalcio, 3. Rogo, inqvit, e Magister, qvid putes inter Ciceronem, & f Publium interesse? Ego alterum puto disertiorem fuisse, alterum honestiorem. Qvid enim his melius dici potest?

Luxuriæ g *ritu* h *Martis* i *marcent mœnia.*
Tuo palato k *clusus pavo pascitur,*

Plu-

a *Locus ex Joh. Sarisberiensis nug curial. l IIX. c 7. accessit, quem ex Macrob. 2. l. Sat. c. 9. illustrat Gonf. de ferculo ad imitationem equi Trajani, inclusis animalculis repleto Lot.* n *Gonf. Adag.* Solidos de *clibano boves. p. 470.* b *augeat. L. n* c *quo servum liberum esse jusserat Trim. ex fr. Traj.* d *mentio facta Mopsi tq. Principis poëtarum.* Bo. e *Grammatice, forte Agamemnon* E f *Syrum, Poëtam Mimographum. J. Cæsari charissimum. L. n.* g *oris dißensione i. e. propter aviditatem cibi & potus.* h *Roma.* i *effœminatur.* k *inclusus ut*

pin-

Plumato l *amictus* m *aureo Babylonico:*
Gallina tibi Numidica, tibi Gallus n *spado:*
Ciconia etiam grata, peregrina, hospita,
o *Pietaticultrix*, p *gracilipes*, q *crotalistria,*
Avis r *exul hiemis, titulus* s *tepiditemporis,*
Nequitiæ nidum in t *cacabo fecit tuo.*
Quo u *margaritacaratibi,* x *bacca Indica?*
An ut matrona onerata faleris y *pelagiis* z
Tollat pedes indomita a *instrato* b *extraneo?*
Smaragdum ad quam c *rem viridem, pretiosum vitrum?*
Quo Carchedonios d *optas ignes lapideos,*
Nisi ut scintillent? probitas est e *carbunculos,*
Ac-

---

pinguescat l *plumis variis vestitus pavo.* m *aulæo quidam, i. e. ad instar tapetum Babylonicorum.* n *capus.* o *cultrix pietatis. Notum* ἀντιπελαργεῖν *de pietate erga parentes* p *gracilibus pedibus.* q *rostro crotali instar crepans* Klapperstorch. r *quæ hieme abest. E.* s *nuncia veris.* t *coquitur tibi in cacabo* s *olla indicium perditæ tuæ luxuriæ* Gron. u *finæ? cur?* x *unio. Gr.* tribacca, *Sen. benef. 7. 9.* y *ornamentis.* z *marinis.* a *libidine effrenis.* b *adulteræ notæ.* c *cui fini optas?* d *è carbunculorum genere, qui igni similes Plin. 37. 7.* e **Sensus**; *optimus ornatus fœminæ est probitas.*

Aequum est induere nuptam f *ventum* g *textilem?*

Palam prostare nudam nebula h *linea?* ***

CAP. XXXIIX. 1. *Faber fuit,* a *qui vitrea vasa fecit tenacitatis tantæ, ut non magis, quã aurea vel argentea, frangerentur.* 2. *Quum ergo phialam* b *hujusmodi de vitro purissimo, & solo, ut putabat, dignã Cæsare fabricasset, cum munere suo, Cæsarem adiens admissus est.* 3. *Laudata est species muneris, commendata manus artificis, acceptata devotio donantis:* 4. *Faber, ut admirationem intuentium verteret in stuporem, & sibi plenius gratiam conciliaret Imperatoris, petitam de manu Cæsaris phialam recepit, eamque validius projecit in pavimentum tanto impetu, ut nec solidissima & constantissima æris materia maneret illæsa.* 5. *Cæsar autem ad hæc non magis stupuit, quam expavit. At ille de terra sustulit phialam; quæ quidem non fracta erat, sed collisa, ac si æris substantia vitri speciem.*

f *uxorem.* g *vestem subtilissimam.* h *tenuiamiculo linteo. Talia vestimenta non conveniunt castis, conf.* Sen. *l. 7. c. 9. de benef.*

a Trimalcionis narratio, ex Sarisberiensi restituta. b vas vini.

ci m induisset. 6. *Deinde martiolum* c *de sinu proferens, vitrum correxit aptissime, & tanqvam collisum vas aneum crebris ictibus reparavit. Quo facto se cælum* d *Jovi tenere arbitratus est, eo quod familiaritatem Cæsaris & admirationem omnium se promeruisse credebat. Sed secus accidit. Quæsivit enim Cæsar, an alius sciret hanc conditurum vitrorum? Quod quum negaret, eum decolliari præcepit imperator, dicens, quia si hoc artificium innotesceret, aurum & argentum vilescerent quasi lutum.* e * *

CAP. XXXIX. 1. Neqve fax ulla in præsidio erat, qvæ iter aperiret errantibus, nec silentium noctis jam mediæ f promittebat occurrentium lumen. Accedebat huc ebrietas & imprudentia locorum, etiam interdiu obscura. 2. Itaqve cum hora pene tota, per omnes scrupos g * gastrorumqve emi-

c malleolum, *d* felicissimum se esse. conf. Adag. *in cælo esse* p. 104. *e* Conn. Traj. Ebrius Trim. funebria sibi vivo parat, quo strepitu excitata vicinia in domum irrumpit, fugientibus Encolp. Asc. & Gitone.

f *eo usque protrahebantur t. t. convivia. Suet. Ner. XXVII.* g *lapides acutos & asperos.*

h eminentium fragmenta traxissemus cruentos pedes, tandem expliciti acumine Gitonis sumus. 3. Prudens enim pridie, cum luce etiam clara timeret errorem, omnes pilas i columnasqve notaverat, certaqve liniamenta evicerunt spississimam noctem, & notabili candore ostenderunt errantibus viam. 4. Qvamvis non minus sudoris habuimus etiam postqvam ad stabulum k pervenimus. 5. Anus enim ipsa inter diversitores l diutius m ingurgitata, ne ignem qvidem admotum n sensisset: & forsitan pernoctassemus in o limine, ni tabellarius Trimalcionis interveniisset x. vehiculis p dives. 6. Non diu ergo tumultuatus stabuli januam effregit, & nos per eandem festram q admisit. ****

Qvalis nox fuit illa dii deaqve,
Qvam mollis torus! hesimus calentes;
Et transfudimus hinc & hinc labellis

erran-

h *terræ petrosæ calculos.* i *qvales parietem sustentant.* Lot. n. k *diversorium.* l *hospites.* m *potata.* n *vini, papaveris & opii effectus tam profundus somnus.* Lot. n. o *foris.* p *locuples.* q *fenestram. Sic cum Rich. Gonsalius legit.* Festra est ostium minutum.

Errantes animas, valete curæ:
Mortalis ego sic perire cœpi.

7. Sine causa gratulor mihi. Nam cum solutus mero r amisissem ebrias manus, Ascyltos omnis injuriæ inventor subduxit mihi nocte puerum, & in lectum transtulit suum. voluptatusq; liberius cum fratre non suo, sive non sentiente injuriam, sive dissimulante, indormivit alienis amplexibus, oblitus juris humani. 8. Itaqve ego ut experrectus pertrectavi gaudio dispoliatum torum, si qva est amantibus fides, ego dubitavi, an utrumq; trajicerem gladio, somnumq; morti jungerem. 9. Tutius demum secutus consilium, Gitona qvidem verberibus excitavi: Ascylton autem truci intuens vultu; Qvoniam, inqvam, fidem scelere violasti, & communem amicitiam, res tuas ocius tolle, s & alium locum, qvem polluas, qvære. 10 Non repugnavit ille, sed postqvam optima fide partiti manubias sumus: Age, inqvit, nunc & puerum dividamus.

CAP.

r E vino. s e formulis divortii.

Cap. XL. 1 Jocari putabam discedentem. at ille gladium parricidali manu strinxit, &, Non frueris, inqvit, hac præda, super qvam solus incumbis. Partem meam necesse est vel hoc gladio contentus *a* abscindam. 2. Idem ego ex altera parte feci, & intorto circa brachium pallio *b* composui ad præliandum *c* gradum. 3. Inter hanc miserorum dementiam infelicissimus puer tangebat utriusqve genua cum fletu, petebatqve suppliciter, ne Thebanum *d* par humilis *e* taberna spectaret, neve sangvine mutuo pollueremus familiaritatis *f* clarissimæ sacra. 4. Qvod si utiqve, proclamabat, facinore opus est, nudo ecce jugulũ, convertite huc manus, imprimite *g* mucrones: ego mori debeo, qvi amicitiæ sacramentum delevi. 5. Inhibuimus ferrum *h* post has preces: & prior Ascyltos, Ego,

---

a *perseverans*. Gons. *aut*: *vel sic saltim contentus*. b *clypei loco*. c *præliantium more*. d *ne alter alterum occideret*. L. n. *Eteocles & Polinices Oedipi Theban. regis filii de regno decertantes mutuis se vulneribus confecerunt*. e *extenuatio*: *non de regno, sed puero in* humili taberna *agitur*. f *charissimæ*. g *gladios*, E. h. *recondimus*.

Ego, inqvit, finem discordiæ imponam. Puer ipse qvem vult, seqvatur, ut sit illi saltem in eligendo fratre salva libertas. 6. Ego vetustissimam consvetudinem putabam in sangvinis pignus i transiisse, nihil timui, imo conditionem præcipiti festinatione rapui, comisiqve judici k litem: qvi ne deliberavit qvidem, ut videretur cunctatus, verum statim ab extrema parte verbi consurrexit, fratrem Ascylton elegit. 7. Fulminatus l hac pronunciatione, sicut eram sine gladio, in lectulum decidi, & attulissem mihi damnatas manus, si non inimici m victoriæ invidissem. 8. Egreditur superbus cum præmio Ascyltos, & paulo ante carissimum sibi commilitonem, fortunæqve etiam similitudine parem in loco peregrino destituit n abjectum.

Nomen amicitiæ, si, qvatenus expedit o, *hæret*, p
Calculus q *in tabula mobile ducit opus.*

Cum

i *ut essemus consangvineorum instar.* k *Gitoni arbitro,* l *attonitus.* m *Ascylti,* n *me reliqvit.* o *utilis est.* p *manet.* q *calculus locum occupat tam diu ac utile est; sic amici.*

Cum r *fortuna manet, vultum servatis amici;*
Cum s *cecidit, turpi vertitis* t *ora fuga.*
Grex agit in scena mimum: u *pater ille vocatur,*
Filius hic, nomen divitis ille tenet:
Mox ubi ridendas inclusit pagina x *partes,*
Vera redit facies, dissimulata perit.

CAP. XLI. 1. Nec diu tamen lacrymis indulsi, sed veritus ne *a* Menelaus etiam *b* antescholanus, inter cetera mala solum me in diversorio inveniret, collegi sarcinulas, locumqve secretum, & proximum litori mœstus conduxi. 2. Ibi triduo inclusus, redeunte in animum solitudine atq; contemptu, verberabam ægrum planctibus pectus, & inter tot altissimos gemitus freqventer etiam proclamabam: 3. Ergo me non *c* ruina terra potuit haurire? non iratum etiam innocentibus mare? Aufugi judicium,

r *quoad* s *recedit.* t *fugitis* u *histrionum instar luditur persona amici.* x fabulâ finitâ, *Alluditur ad plausum in fabulis.*

a *ejus ordinis, cujus Agamemnon.* b *an proscholus, qui puerorum habitum oris & corporis formabat, antequam in scholam admitterentur? Cons. c.*

c *vid. supr. c. LX. 5.*

um, d ærenæ imposui hospitem occidi, ut inter audaciæ nomina mendicus, exul, in diversorio e Græcæ urbis jacerem desertus? 4. Et qvis hanc mihi solitudinem imposuit? Adolescens omni libidine impurus, & sua qvoqve confessione dignus exilio: stupro liber, stupro ingenuus, cujus anni ad tesseram venerunt, qvem tanqvam puellam conduxit etiam, qvi virum putavit 5. Qvid ille alter f die qvi tanqvam togæ virilis g stolam sumpsit, qvi ne vir esset à matre persvasus est; qvi opus muliebre in ergastulo fecit, qvi postqvam conturbavit, & libidinis suæ solum vertit, reliqvit veteris amicitiæ nomen, &, proh pudor! tamqvam mulier h secutuleia, unius noctis tactu omnia vendidit. 6. Jacent nunc amatores obligati noctibus totis, & forsitan mutuis libidinibus attriti derident solitudinem

d *facinus parricidio majus commisi Lot. not.* e *Parthenope, nunc Neapolis,* f *varia lectio de Ascylto accipiunt, eum Lipsio* : Qvid ille alter o! Dii, *legente Lot. n.* g *Vestem muliebrem, Dousa p. putat Ascylto idem, quod Achylli evenisse, quem mater ob impendens exitium assumto habitu muliebri in insula Scyro inter lanifices occultari jussit.* h *impura.*

nem meam. sed non impune. nam aut vir ego, liberqve non sum, aut noxio sangvine i parentabo injuriæ meæ.

Cap. XLII. 1. Hæc locutus gladio latus cingor, &, ne infirmitas militiam perderet, largioribꝰ cibis excito vires; mox in publicũ prosilio, furentisq; more omnes circumeo porticus. 2. Sed tum attonito vultu a efferatoqve nil aliud qvam cædem & sangvinem cogito, freqventiusqve manum ad b capulum, qvem devoveram, refero, notavit me miles, sive ille c planus fuit, sive nocturnus d grassator: 3. &, Qvid tu inqvit, commilito, ex qva legione es, aut cujus centuriæ? Cum constantissime & centurionem, & legionẽ essem ementitus: 4. Age ergo, inqvit ille, in exercitu vestro e phœcasiati milites ambulant? Cum deinde vultu atqve ipsa trepidatione mendacium prodidissem, ponere jussit arma, & malo cavere.

5. De

i *vindicabo injuriam cæde.*

a *truci in crudelitatem verso.* b *manubrium gladii.* c *præsidiarius*, planus, *manifestus miles.* Erh garde-Knecht. d *qvi cædem molitur vel ex libidine vel propter præmia.* e *albis calceis indu-ti, ut sacerdotes.* Gens.

3. Despoliatus ergo, immo f præcisa ultione, retro ad diversorium tendo, paulatimqve temeritate lassata cœpi grassatoris audaciæ gratias agere. *

Non bibit g *inter aquas, poma aut pendentia carpit (munt.*

Tantalus h *infelix qvem sua vota* i *pre-*
Divitis k *hæc magni facies erit, omnia cernens*
*Qvi timet, & sicco concoqvit ore famem.***

4. Neqvaqvā recte faciet, qvi cito credit. * Nemo l cœlum putat, nemo iusiurandum servat, nemo Jovem pluris facit: sed omnes opertis m oculis bona sua computant. * 5. Qvod n hodie non est, cras erit: sic vita truditur * Qvod non expectas, ex transverso fit, & super nos fortuna negotium curat. * Apes ideo pungunt, qvia ubicunqve dulce est, ibi & acidum invenies.** 6. Semper hac in re qvi vincitur, vincit.

D * Nemo

f *ademta L.* g *in avaros Hor. 1. Sat 1.* h *Jovis filius, qui deorum secreta publicavit punitus, ut præsentibus cibo potuque tamen nec edere, nec bibere possit. L. n.* i *Midæ instar, cui vota male cesserunt.* k *Tyranni* Gons. l *Jovem esse vindicem L. n.* m *cæci bonis comparandis intenti.* n *Sententia Eneolpii seipsum consolantis.*

* Nemo noſtrum non peccat; homines ſumus, non dii. * Non multum oportet conſilio credere, qvia ſuam habet fortuna rationem. * * *

CAP. XLIII. 1. In *a* pinacothecam perveni vario genere tabularum mirabilem. nam & Zeuxidos *b* manus vidi nondum vetuſtatis injuria victas, & *c* Protogenis *d* rudimenta cum ipſius naturæ *e* veritate certantia, non ſine qvodam *f* horrore tractavi. 2. Jam vero Apellis, qvam Græci *g* monocremon appellant, etiam adoravi. Tanta enim ſubtilitate *h* extremitates imaginũ erant ad ſimilitudinem præciſæ, ut crederes etiam animorum eſſe picturam. 3. Hinc *i* aqvila ferebat cœlo ſublimis deum. Illinc candidus *k* Hylas repellebat impro-

---

a *locum, ubi tabulæ pictæ,* πίνακες, *reponi ſolebant cum aliis ornamentis.* b *picturas.* c *nobiliſſimi pictores* Zeuxis, Apelles, Protogenes *Plin. l. 35. c. 2 & 13.* d *lineamenta. Lot. n.* e *naturam repræſentantia.* f *reverentia.* g monochromon *Conſ. legit.* Dicebantur μονοχρώματα picturæ, quæ non variis, ſed certo eoqve unico colore conſtabant. *Plin. l. 33. c. 7. Lot. not. 362.* h *lineæ extremæ.* i *fabula de Ganymede.* k *puer comes*

improbam l Najada. 4. Damnabat Apollo m noxias manus, lyramqve resolutam modo nato flore n honorabat. Inter qvos etiam pictorum amantium vultus, tanqvam in solitudine exclamavi, 5. Ergo amor etiã deos tangit? Jupiter in cœlo suo non invenit, qvod eligeret, & peccaturus in terris, nemini tamen injuriam fecit. 6. Hylam Nympha prædata, imperasset amori suo, si venturum ad interdictum o Herculem credidisset. 7. Apollo pueri umbram revocavit in florem, & omnes fabulæ qvoqve habuerunt sine æmulo complexus. At ego in societatem recepi hospitem Lycurgo crudeliorem.

CAP. XLIV. 1 Ecce autem ego dum cum ventis a litigo, intravit b pinacothecam senex canus, exercitati c vultus,

mes Herculis. l *Nympham fontis.* m *qui Hyacinthum disco imprudens peremit, culpa Zephyri.* n *coronabat.* o prohibitorium, *supra c 13. de* restitutorio, *tertium est* exhibitorium. *Justin. instit. jur. l. 4 tit. 10. de interdict.*

a *inaniter contendo. Lot.* b *vid. c. 43. not a.* c pallidi. *Lot. vero* dignitatem præferentis.

d eru-

& qvi videretur nescio qvid magnum
d promittere, sed cultu non proinde spe-
cioſus, ut facile appareret, eum ex hac nota
e literatorũ esse, qvos odisse divites solent.
2. Is ergo ad latus constitit meum, Ego, in-
qvit, poëta sum, & ut spero non humillimi
spiritus, si modo f coronis aliqvid creden-
dum est, qvas etiam ad imperitos deferre
g gratia solet. Qvare ergo, inqvis, tam
male vestitus es? Propter hoc ipsum. amor
ingenii neminem unqvam divitem fecit.
Qvi pelago h *credit, magno se fœnore tollit,*
Qvi pugnas & castra petit, præcingitur i *auro,*
Vilis adulator picto jacet ebrius k *ostro,*
Et qvi l *sollicitat nuptas, ad præmia peccat:*
Sola m *pruinosis horret facundia pannis,*
Atqve n *inopi lingva desertas invocat artes.*
3. Non dubio ita est, si qvis vitiorum omni-
um inimicus, rectum iter vitæ cœpit inspi-
cere,

d *eruditionem præ se ferre & prudentiam.* e *poëtam sc.* f *laureis poëtarum, vide de his Gons. p. 175.* g munera *Notat Neronem Sv. c. 12.* h *i. e. mercatores navigationibus ditantur.* i *cingulum habet auro plenum* k *lecto purpureo.* l *adulter* m *Gons. ruinosis, pannuciis detritis.* n *facundia, qvæ non valet.*

cere, primum propter morum differentiam odium habet (qvis enim poteſt probare diverſa?) deinde, qvi ſolas extruere divitias curant, nihil volunt inter homines melius credi, qvam qvod ipſi tenent. 4. Jactantur itaq;, qvacunqve ratione poſſunt, literarum amatores, ut videantur illi qvoqve infra pecuniam poſiti. * Neſcio qvo modo bonæ mentis ſoror eſt paupertas. ** 5. Vellem *p* tam innocens eſſet frugalitatis meæ hoſtis, ut deliniri poſſet. Nunc veteranus eſt latro & ipſis *q* lenonibus doctior. ***

CAP. XLV. 1. In Aſiam *a* cum à Qvæſtore *b* eſſem ſtipendio eductus, hoſpitium Pergami accepi: ubi cum libenter habitarem, non ſolum propter cultum ædicularum, ſed etiam propter hoſpitis formoſiſſi-

* *connex* inquam. ** connex. Et ſuſpirabam, merito inqvit ſenex, vicem doles literariorum, non illud, inquam (*Encolpius*) ſed altera dolendi cauſa eſt. *Refert de perſidia Aſcylti.* p. *Encolpius de Aſcylto.* q. *Latronibus Torn.* *** *Senex ſolatur Encolpium.*

a *Eumolpus loquitur,* εὐμολπῶν bene canens, *poëtæ perſonam agit.* b *qui provinciarum velligalia*

mum filium excogitavi rationem, qva non essem patrifamiliæ suspectus amator. 2. Qvotiescunqve enim in convivio de usu formosorum mentio facta est, tam vehementer c excandui, tam severa tristitia violari aures meas obscœno sermone nolui, ut me mater præcipue, tanqvam unum ex philosophis, d intueretur. 3 Jam e ergo cœperam ephebum f in gymnasium deducere: ego studia ejus ordinare, ego docere, ac præcipere, ne qvis prædator corporis admitteretur in domum. * 4. Forte cum in triclinio jaceremus g, qvia dies solemnis ludum h arctaverat, i pigritiamqve recedendi k imposuerat hilaritas longior, fere circa mediam noctem intellexi puerum vigilare. 5. Itaqve timidissimo murmure votum feci; &, Domina, inqvam, Venus, si ego hunc puerum basiavero, ita ut ille non sentiat, cras illi par columbarum dona-

conquirebat. Belli Rom. Rest c *doloi.* d *sapientibus affectuum moderatoribus.* e ego Dous. f *filium ejus patrisfamilias.* g *soporati* h *literarium.* i *breve tempus studiis reliqverat.* k *Sensus* quia hilaritas convivii longior oblitos nos reddiderat digressionis. *Lot. not.*

donabo 6. Audito voluptatis precio, puer ſtertere cœpit. Itaqve adgreſſus ſimulantem aliqvot baſiolis invaſi. 7. Contentus hoc principio, bene mane ſurrexi, electumqve par columbarum attuli expectanti, ac me voto exſolvi.

CAP. XLVI. 1. Proxima nocte, cum idem liceret, mutavi optionem: &, Si hunc, inqvam, tractavero improba manu, & ille non ſenſerit, gallos gallinaceos pugnaciſſimos duos donabo patienti. 2. Ad hoc votum ephebus ultro ſe admovit, & puto, vereri cœpit, ne ego obdormiiſſem. Indulſi ergo ſollicito, totoqve corpore citra ſummam voluptatem me ingurgitavi. 3 Deinde, ut dies venit, attuli gaudenti qvicqvid promiſeram. 4. Ut tertia nox licentiam dedit, conſurrexi ad aurem male dormientis: Dii, inqvam, immortales, ſi ego huic dormienti abſtulero coitum plenum & optabilem, pro hac felicitate cras puero 1 aſturconem Macedonicum optimum donabo, cum hac tamen

1 *Eqvum ab Aſturia Gallaica ſ. Hiſpanica, tolutarium*, ein Zelter. *Lex. Cell.* Conſ. *putat* Struthionem *ſubſtitui debere, alii alia.*

men exceptione, si ille non senserit. 4. Nunqvam altiore somno ephebus obdormivit. Itaq; primum implevi lactentibus papillis manus, mox basio inhæsi, deinde in unum omnia vota coniunxi. 5. Mane sedere in cubiculo cœpit, atq; expectare consvetudinem meam. 6. Scis qvanto facilius sit, columbas gallosq; gallinaceos emere, qvam asturconem: & præter hoc etiam timebam, ne tam grande munus suspectam faceret humanitatem meam. 7. Ergo aliqvot horis spatiatus, in hospitium reverti, nihilqve aliud qvam puerum basiavi. 8. At ille circumspiciens, ut cervicem meam junxit amplexui, Rogo, inqvit, domine, ubi est asturco. *

Cap. XLVII. 1. Cum ob hanc offensam præclusissem mihi aditum, qvem feceram, iterum ad licentiam redii. 2. Interpositis enim paucis diebus, cum similis nos casus in eandem fortunam retulisset, ut intellexi stertere patrem, rogare cœpi ephebum, ut reverteretur in gratiam mecum, id est, ut pateretur satisfieri sibi, & cætera, qvæ libido dictata. 3. At ille plane iratus, nihil

* Connex. *promittit post aliqvot dies.*

nihil aliud dicebat, nisi hoc, Aut dormi aut ego jam dicam patri. Nihil est tam arduum, qvod non improbitas extorqveat. Dum dicit Patrem excitabo, irrepsi tamen, & male repugnanti gaudium extorsi. 4. At ille non indelectatus neqvitia mea, postqvam diu qvestus est deceptum se & derisum, traductumqve inter condiscipulos, qvibus jactasset *m* sensum meum, Videris tamen, inqvit; non ero tui similis. 5. Si qvid vis, fac iterum. Ego vero, deposita omni offensa, cum puero in gratiam redii, ususqve beneficio ejus in somnum delapsus sum. 6. Sed non fuit contentus iteratione ephebus plenæ maturitatis, & annis ad patiendum gestientibus. Itaqve excitavit me sopitum; Et, Nunqvid vis? inqvit, 6. Et non plane jam molestum erat munus. Utcunqve igitur inter anhelitus sudoresqve tritus, qvod voluerat, accepit. rursusqve in somnum decidi gaudio lassus. 8. Interposita minus hora, pungere me manu cœpit, & dicere Qvare non facimus? Tum ego totiens excitatus, plane vehementer excan-

m censum Rich. it. Dan.

dui, & reddidi illi *n* voces suas: Aut dormi, aut ego jam patri dicam.

CAP. XLVIII. 1. Erectus *a* his sermonibus, consulere prudentiorem cœpi ætates tabularum, & qvædam argumenta mihi obscura, simulqve causam *b* desidiæ præsentis *c* excutere, cum pulcherrimæ artes periissent, inter qvas pictura ne minimum qvidem sui vestigium reliqvisset. 2. Tum ille, *d* Pecuniæ, inqvit, cupiditas hæc *e* tropica instituit. priscis enim temporibus, cum adhuc nuda virtus placeret, vigebant artes ingenuæ, summumqve certamen inter homines erat, ne qvid profuturum sæculis diu lateret. 3. Itaqve * hercule omnium herbarum succos *f* Democritus expressit: & ne lapidum virgultorumqve vis lateret, ætatem inter experimenta consumpsit. 4. Eudoxus *g* qvidem in cacumine

n iisdem illi verbis, quibus mihi antea ipse, respondi. *a solatio levatus.* *b inertiæ* *c examinare.* *d Eumolpus.* *e* vicissitudines, *à tropicis Astrologorum. Sensum pete è Paterculo l. 1 XVII, 6.* *f* Abderites, solertissimus naturæ scrutator, *cujus historiam pete è Comm. Lot. l. 1 c. 19.* *g Astrologus in turri seu specula moratus, quam Cnidii ejus*

mine excelsissimi montis consenuit, ut astrorum cœliqve motus deprehenderet: & *b* Chrysippus, ut ad inventionem sufficeret, ter *i* helleboro animum *k* detersit. 5. Verum, ut ad *l* plastas convertar, Lysippum statuæ unius lineamentis inhærentem inopia exstinxit: & Myron, qvi pene hominum animas *m*, ferarumqve ære comprehenderat, non invenit *n* hæredem. 6. At nos vino scortisqve demersi, ne paratas qvidem artes audemus cognoscere. sed accusatores antiqvitatis, vitia tantum docemus, & discimus. 7. Ubi est dialectica? ubi astronomia? ubi sapientiæ consultissima via? qvis unqvam venit in templum, & votum fecit, si ad eloqventiam perveniisset? qvis, si philosophiæ fontem invenisset? ac

ejus populares venerati vocabant σκοπὸν Εὐδόξου. *Sic Cassius ap Tacit. Ann.* 4. Saxo Seriphio consenuit. Bourd. h *Philosophus stoicus, ingeniosus, Dialecticus, Torrent* i Nießraut *pituitam & bilem tollit; ad acuendum ingenium adhibebatur. vide Lotich. Comm. l. 1. c. 20. conf. Adag.* Bibere helleborum. k *purgavit.* l *statuarius.* m *ut vivere viderentur.* n *nihil hæreditatis reliquit. Lot. n.*

ne bonam qvidem mentem, aut bonam valetudinem petunt: 8. sed statim, anteqvam limen Capitolii tangunt, alius donum promittit, si propinqvum divitem extulerit: alius, si thesaurum effoderit: alius, si ad trecenties HS o salvus pervenerit. 9. Ipse Senatus, recti boniqve præceptor, mille pondo auri Capitolio promittere solet: & ne qvis dubitet, pecuniam concupiscere, Jovem qvoqve peculio p exorat. 10. Nolito ergo mirari, si pictura defecit, cum omnibus diis hominibusqve formosior videatur massa auri, qvam qvicqvid Apelles Phidiasve, q Græculi delirantes, fecerunt.

CAP. XLIX. Sed video totum te in illa hærere tabula quæ Trojæ halosin a ostendit: itaque conabor opus versibus pandere.

Jam decuma b *mastos inter ancipites metus Phry-*

---

o *trecenties centena millia sestentium nummum h. e. 75000000 coronatos.* p *pecunia, pretio, votum & Jove impetrat.* q *contemtim, ut Romani de Græcis sertebant Lot. n.*

a ἅλωσιν *expugnationem* Notat Neronem, incendio urbis lætum. *Sv.* 38. b Ordo: *m s-*

sis

Phrygas c *obsidebat messis.* d *& vatis fides*
Calchantis atro dubia pendebat f *metu:*
Cum, Delio g *profante, cæsi vertices* h
Idæ i *trahuntur; scissaque in molem cadunt*
Robora k, *minacem quæ figurarent equum*
Aperitur ingens l *cloastrum, & obducti* m *specus,*
Qui castra n *caperent. Hunc decenni* o *prælio*
Irata p *virtus* q *abditur.* r *stipant graues*
Equi recessus Danai, & in voto s *latent* t,
O patria, v *pulsas mille credidimus rates,*

sis decima obsidet jam Phrygas mœstos inter metus anticipes conf. Virg. l, 2. *Æn* ab init. c Trojanos d *annus* metalepſ. e Theſtoris filius, augur, vaticinatus erat, decennalem fore obſidionem Trojæ. f Timebant ne vaticinium dubio conſtaret. g Apolline inſpirante. Etenim μαντοσύνην οἱ πόρε Φοῖβος Ἀπόλλων *vaticinium ei præbebat Phœbus Apollo* Hom. Iliad. I. v. 72. h arbores in vertice natæ. i montis k qvercus. l antrum, per quod in equum immittendi milites. m tenebroſi n milites. o obſidione p *jurata* Douſ. P. 1. e. *conjurata.* q fortitudo, h. e fortisſimi Græcorum r complent s *devoto equo*, vel *ſpe exſcindendæ urbis.* Lot. n, t abditi ſunt. v e Virg. 11. Æn. v. 241.

Solumque u *bello liberum: hoc titulus* x *fero*
Inciſus, hoc adſata y *compoſitus Sinon*
Firmabat, & z *mendacium in damnũ potens.*
Jam turba portis libera, ac bello carens
In a *vota properant: fletibus manant genæ,*
Mentisq; pavidæ b *gaudium lacrymas habet,*
Quas metus abegit. Jamque Neptuno ſacer,
Crinem ſolutus omne c *Laocoon replet*
Clamore d *vulgus, mox reducta cuſpide*
Uterum e *notavit: fata ſed tardant* f *manus,*
Ictusque reſilit, & dolis addit fidem.
Iterum tamen confirmat invalidam manum,
Altaque bipenni latera g *pertemtat. fremit*
Captiva h *pubes intus, & dum murmurat*
Robo-

241. *u* terram. *x* equo. Talem volunt fuiſſe: DANAI MINERVÆ ILIADI DONO. *vel*: MINERVÆ DONUM ARMIPOTENTI DANAI ABEUNTES DICANT. *Gons.* *y* fictus, doloſus. *z* Sinonis figmentum, Priamo nocens de fuga Græcorum. *a* loca optata. *b* lætitia falſa de hoſtium fuga. *c* Anchiſæ frater. *d* de non recipiendo equo. *e* haſta percuſſit. *f* Trojanorum, ne & ipſi percuterent in equo latentes milites. *g* tentat. *h* milites.

Roboreâ i *mole* k *ſpirat alieno* l *meu.*
Ibat juventus l *capta, dum Trojam capit,*
Bellumque totum fraude ducebat nova.
Ecce alia monſtra. celſa qua m *Tenedos*
mare
Dorſo repellit, tumida conſurgunt n *freta,*
Undaque o *reſultat ſciſſa tranquillo minor.*
Qualis ſilenti nocte remorum ſonus
Longe refertur, cum premunt claſſes mare,
Pulſumq; p *marmor* q *abiete impoſita ge-*
mit.
Reſpicimus, angues orbibus r *geminis ferunt*
Ad ſaxa fluctus: tumida quorum pectora,
Rates ut altæ, lateribus ſpumas agunt:
Dant caudæ ſonitum: liberæ s *ponto jubæ*
Conſentiunt luminibus; fulmineum t *jubar*
Incendit æquor, ſibilisque undæ tremunt,
Stupuere mentes, infulis u *ſtabant ſacri*
Phry-

---

i quercina, *robuſta* k ſuſpirat præ metu, qui non ipſos, ſed alios tangit. E. l milites incluſi. m inſula, in qua Græci ſe occultarunt. n fluctus o mari reſultat unda. i. e *mare navibus ſulcatum.* p mare q navi. r Duo angves. s Bourd. ſic reſtituit: *liberæ pontum jubæ conſcendunt,* t oculi vibrantes u ſacerdotes.

Phrygioque u *cultu gemina nati pignora* x
Laocoonte quos repente tergoribus y *ligant*
Angues coruſci. parvulæ illi manus
Ad ora referunt: neuter auxilio ſibi,
Uterque fratri tranſtulit z *pias vices,*
Morsque ipſa miſeros mutuo perdit a *metu.*
Accumulat ecce liberûm funus b *parens,*
Infirmus auxiliator. invadunt virum
Jam morte paſti, membraque ad terram tra-
hunt.
Jacet ſacerdos inter aras victima,
Terramque c *plangit. Sic profanatis ſacris*
Peritura d *Troja perdidit primum Deos.*
Jam plena e *Phœbe candidum extule-*
rat jubar,
Minora ducens aſtra radianti face,
Cum inter ſepultos f *Priamidas nocte &*
g *mero* *viros.*
Danai h *relaxant clauſtra & effundunt*
Temptant i *in armis ſe duces, ceu uti ſolet*
Nudo

---

u Trojano. x filii. y corio. z auxilium fratri uterque ferre conatur. a timet alter alteri. b cum liberis per t. c ferit. d Virgil. l 2. 351. e luna. f Trajanos. g ebrios. h Græci. i tentant.

Nudo remissus Thessali k *quadrupes jugo*
Cervicem, & altas quatere ad excursum jubas.
Gladios l *retractant, commovent* m *orbes manu,*
Bellumque sumunt. hic graves n *alius mero*
Obtruncat, o *& continuat in mortem ultimam*
Somnos; ab aris alius accendit faces,
Contraque Troas invocat Trojæ sacra.

CAP. L. Ex his, qui in porticibus spatiabantur, a lapides in Eumolpum recitantem miserunt. 2. At ille, qui b plausum ingenii sui noverat, operuit caput extraque templum profugit. 3. Timui ego ne me poëtam vocarent. Itaque subsecutus fugientem ad littus perveni: &, ut primum extra teli conjectum licuit consistere, 4. Rogo, inquam, quid tibi vis cum isto morbo? Minus quam duabus horis mecum moraris, & sæpius c poëtice quam humane locutus

---

k Senso: *ut equus jugo duro soluto & effrenis.* l stringunt. m clypeos. n ebrios. o cædit.

a *Amphion movit lapides; olim lapideos animos poësis movebat, nunc lapides in poësin jaciunt. Mali poëtæ olim ex more lapidabantur.* E. b approbationem ironice c *quasi* divine.

locutus es. Itaque non miror, si te populus lapidibus prosequitur. 4. Ego quoque sinum meum saxis onerabo, ut quotiescunque cœperis *d* à te exire, sanguinem tibi à capite mittam. 5. Movit *e* ille vultum &, O mi, inquit adolescens, non hodie primum auspicatus sum: immo quotiens theatrum, ut recitem aliquid, intravi, hac me *f* adventitia excipere frequentia solet. 5. Ceterum, ne & tecum quoq; habeam rixandum toto die, me ab hoc cibo abstinebo. Immo, inquam ego, si ejuras hodiernam *g* bilem, una cœnabimus. * mando ædicularum custodi cœnulæ officium. **

CAP. LI. 1. Video Gitona cum linteis & *h* strigilibus parieti *i* applicitum, tristem confusumque, scires non libenter ser-

---

d *insanire.* e *caput concussit.* f *cœna, qua peregre redeuntes excipimus. Lotich. v. legit.* hæc adventitia *i. e. fortuita frequentia.* g iram, *Lot. Sed melio.* de furore poëtico, *vide infr. c. 53. vers. 2.* * simulque *connex.* ** *connex.* Et continuo in balneum ivimus, ubi

h *quibus in balneis utebantur, servorum instrumenta erant.* i affixum, *ut servi solent Dominos expectare.*

servire. 2. Itaque, ut experimentum oculorum caperem, convertit ille solutum *k* gaudio vultum, & Miserere, inquit, frater: ubi *l* arma non sunt, libere loquor. 3. Eripe me latroni cruento, & qualibet sævitia pœnitentiam judicis tui puni. Satis magnum erit misero solatium tua voluntate cecidisse. 4. Supprimere ego querelam jubeo, ne quis consilia deprehenderet: relictoque Eumolpo (nam in balneo carmen recitabat) per tenebrosum & sordidum egressum extraho Gitona, raptimque in hospitium meum pervolo. 5. Præclusis deinde foribus, invado pectus amplexibus, & perfusum os lacrymis vultu meo contero. Diu vocem neuter invenit, nam puer etiam singultibus crebris amabile pectus quassaverat. 6. O facinus, inquam, indignum quod amo te quamvis relictus; & in hoc pectore cum vulnus ingens fuerit, cicatrix *m* non est. 7. Quid dicis peregrini amoris concessio? Dignus hac injuria fui? Postquam se amari sensit, supercilium *n* altius sustulit

k tristem. *l* *aliudit ad lites c 40. unde, nisi falsor, judex & hic Giton est.* *m* injuriæ memoria. *n* superbire, *vid. Adag. p. 60.*

lit * nec amoris arbitrium ad alium judicem tuli; Sed nihil jam queror, nihil jam memini, si bona fide pœnitentiam emendas. 8. Hæc cum inter gemitus lacrymasque fudissem, detersit ille pallio vultum; &, Quæso, inquit Encolpi, fidem memoriæ tuæ appello: Ego te reliqui, an tu prodidisti? Equidem fateor, & præ me fero, cum duos armatos viderem, ad fortiorem confugi. 9. Exosculatus pectus sapientia plenum, injeci cervicibus manus: & ut facile intelligeret, rediisse me in gratiam, & optima fide revivíscentem amicitiam, toto pectore adstrinxi.

Cap. LII. 1. Et jam plena nox erat, mulierque cœnæ mandata curaverat, cum Eumolpus ostium pulsat. 2. Interrogo ego, Quot estis? obiterque per rimam foris speculari diligentissime cœpi, num Ascyltos una veniisset. Demum, ut solum hospitem vidi, momento recepi. 3. Ille ut se in grabatum o rejecit, viditque Gytona in conspectu ministrantem, movit caput, &, Laudo

* Sed inquam ego *connex.* o *lectulum, quo meridiari solent. Gl.*

Laudo, inquit, p Ganymedem, oportet hodie bene sit. 4. Non delectavit me tam curiosum principium, timuique ne in contubernium recepissem Ascylti partem. 5. Instat Eumolpus, & cum puer illi potionem dedisset; Malo te, inquit, quam balneum totum: siccatoque avide poculo, negat sibi unquam q acidius fuisse. 6. Nam & dum lavor, ait, pene vapulavi, quia conatus sum circa r solium sedentibus carmen recitare: At postquam de balneo tanquam de theatro ejectus sum, circuire omnes angulos cœpi, & clara voce s Encolpion clamitare. 7. Ex altera parte juvenis nudus, qui vestimenta perdiderat, non minore clamoris indignatione Gitona t flagitabat. Et me quidem pueri, tanquam insanum, imitatione u petulantissima deriserunt: illum autem frequentia ingens circumvenit cum plausu & admiratione timidissima. 9. habebat enim inguinum pondus tam grande, ut ipsum hominem laciniam fascini crederes. O juvenem laboriosum! puto illum

p pincernam. q pejus r vas mobile in balneo lotioni pedum inserviens. s vocare t vocabat. u mimica.

illum pridie incipere, postero die finire. 10. Itaque statim invenit auxilium. nescio quis enim eques Romanus, ut ajebat, infamis, sua veste errantem circumdedit, ac domum abduxit: credo, ut tam magna fortuna solus uteretur. 11. At ego ne mea quidem vestimenta ab officioso x recepissem, nisi notorem y dedissem. tanto magis impedit inguina quam ingenia tricare. 12. Hæc Eumolpo dicente, mutabam ego frequentissime vultum: injuriis scilicet inimici nostri hilaris, commodis tristis. Utcumque tamen, tanquam non agnoscerem fabulam, tacui, & cœnæ ordinem z explicui. * * *

CAP. LIII. 1. Vile est quod licet, & animus errore lentus injurias diligit.

Nolo, quod cupio statim tenere,
Nec victoria mi placet parata.
Ales a *phasiacis petita Colchis,*
Atque b *Afræ volucres placent palato,*

Quot

x *balnei servo.* y *testem in balneo, quæ cujusque vestis sit.* z *ordinem ciborum coquo indicavi.*

* Connex. *Satur Eumolpus jactat multa in eos, qui nota contemnunt.* Corruptæ menti, inquit,

a *Phasiana avis.* b *gallinæ Africanæ* Calekutische.

Quot non sunt c *faciles. at albus anser*
Et pictis anas enovata pennis,
Plebejum sapit, ultimis ab oris
Attractus d *Scarus, atque arata* e *Syrtis*
Siquid f *naufragio dedit, probatur.*
Mulus g *jam gravis est: amica vincit*
Uxorem: rosa cinnamum h *veretur.*
Quicquid quæritur, optimum videtur.

2. Hoc est, inquam, quod promiseras, ne quem hodie versum faceres. Per fidem, saltem nobis parce, qui te nunquam lapidavimus. 3. Nam si aliquis ex his, qui in eodem i synœcio potant, nomen poëtæ olfecerit, totam concitabit viciniam, & nos omnes k sub eadem causa obruet 4 Miserere, & aut l pinacothecam, aut balneum cogita. 5. Sic me loquentem objurgavit Gyton mitissimus puer, & negavit recte facere, quod seniori convitiarer: simul-

c *parabiles sed raræ.* d *piscis.* e *navigata.* f Sensus: non placet, nisi quod ex disfitis locis & cum periculo affertur. g *Barbo.* h *frutex suavem odorem exsudans, peregrinus, præ quo rosa negligitur.* i *conclavi, proximo.* k *de* l *ubi vapulaverat c. 43. 50. & 52. ob pruritum canendi poëmata.*

mulque oblitus officii, [m] mensam, quam humanitate posuissem, contumelia tollerem, multaque alia moderationis verecundiæque verba, quæ formam ejus egregie decebant

CAP. LIV. 1. * * * [a] O felicem, inquit, matrem tuam, quæ te talem peperit! Macte virtute esto. Raram facit mixturam cum sapientia forma. 2. Itaque, ne putes te tot verba perdidisse, amatorem inveniſti. Ego laudes tuas carminibus implebo. 3. Ego pædagogus & custos etiam quo non jusseris, sequar: nec injuriam Encolpius accipit, alium amat. 4. Profuit [b] etiam Eumolpo miles ille, qui mihi abstulit gladium, alioquin quem animum adversus Ascylton sumpseram, eum in Eumolpi sanguinem exercuissem. 5. Nec fefellit hoc Gitona. Itaque extra cellam processit, tanquam aquam peteret, iramque meam prudenti absentia extinxit. 6. Paululum ergo intepescente sævitia, Eumolpe, inquam, jam malo vel carminibus loquaris, quam

[m] *jus convivii.*

[a] Eumolpus *Connex.* [b] *Encolpius loquitur.*

quam ejusmodi tibi vota proponas. & ego iracundus sum, & tu libidinosus. vide quam non conveniat his moribus. Puta igitur me furiosum esse: cede insaniæ, id est, ocius foras exi. 7. Confusus hac denunciatione Eumolpus, non quæsiit iracundiæ causam, sed continuo limen egressus, obduxit repente ostium cellæ, meque nihil tale expectantem inclusit, exemitque raptim clavem, & ad Gitona investigandum cucurrit. 8. Inclusus ego suspendio vitam finire constitui: & jam c semicinctio stantem ad parietē d spondam junxeram, cervicesque nodo condebam, cum reseratis foribus intrat Eumolpus cum Gitone, meque à fatali jam meta e revocavit ad lucem. 9. Giton præcipue ex dolore in rabiem f efferatus, tollit clamorem, me utraque manu impulsum præcipitat super lectum. 10. Erras, inquit, Encolpi, si putas contingere posse, ut ante moriaris. Prior cœpi, in Ascylti hospitio gladium quæsivi. Ego, si te non invenissem, periturus per

E præci-

c *Zona.* d *grabatum.* e *quatenus suspensi revoriposſint in vitam, disputat Lot. comm. 11. c. 1.* f *amens.*

præcipitia fui : & ut scias non longe esse quærentibus mortem, specta invicem, quod me spectare voluisti. 11. Hæc locutus, *g* mercenario Eumolpi novaculam rapit, & semel iterumque cervice percussa, ante pedes collabitur nostros. Exclamo ego attonitus, secutusque labentem, eodem ferramento ad mortem viam quæro. 12. Sed neque Giton ulla erat suspicione vulneris læsus, neque ego ullum sentiebam dolorem. Rudis enim novacula, & in hoc retusa, ut pueris discentibus audaciam tonsoris daret, instruxerat thecam. 13. Ideoque nec mercenarius ad raptum ferramentum expaverat, nec Eumolpus interpellaverat mortem *h* mimicam.

Cap. LV. 1. Dum hæc fabula inter amantes luditur, diversitor *i* cum parte cœnulæ intervenit, contemplatusque fœdissimam jacentium volutationem, 2. Rogo, inquit, ebrii estis, an fugitivi, an utrumque? quis

g Corax *vocatur, quod Corvum significat, vel* à voracitate *vel ab officio; nam* κόραξ *est* uncinus vel annulus, quo januæ pulsantur. *Gons. præluд. p. 32. Erat tonsor. h. fictam. i hospes.*

quis autem grabatum k illum erexit? aut quid sibi vult tam furtiva molitio? 3. Vos mehercules, ne mercedem cellæ daretis, fugere nocte in publicum voluistis; sed non impune. jam enim faxo sciatis non viduæ hanc insulam l esse, sed M. Manicii. 4. Exclamat Eumolpus, Etiam minaris? simulque os hominis palma excussissima pulsat. Ille tot hospitum potionibus liberũ m urceolum fictilem in Eumolpi caput jaculatus est, solvitque clamantis frontem, & de cella se proripuit. 5. Eumolpus, contumeliæ impatiens, rapit ligneum candelabrum, sequiturque abeuntem, & creberrimis ictibus supercilium suum vindicat. 6. Fit concursus familiæ, hospitumque ebriorum frequentia. Ego autem nactus occasionem vindictæ, Eumolpum excludo; redditaque scordalo n vice, sine æmulo scilicet, & cella utor & nocte. 7. Interim coctores insulariique o mulcant p ex-

k *lectum, Encolpii patibulum.* l *domum ab aliis sejunctam.* m *exhaustum al.* liber *sc. hospes.* n *feroci & ad vindictam prono. Alii* scorodalo, *homini sordido, vide adag. p. 315.* o *incolæ* p. *percutiunt.*

clusum, & alius veru extis stridentibus plenum in oculos ejus intentat: alius, furca de carnario q rapta, statum præliantis componit: 8. anus præcipue lippa sordidissimo linteo præcincta soleis ligneis r imparibus imposita canem ingentis magnitudinis catena trahit, instigatque in Eumolpum. Sed ille candelabro se ab omni periculo vindicabat.

CAP. LVI. 1. Videbamus nos omnia per foramen valvæ, quod paulo ante ansa ostioli rupta laxaverat, s favebamque ego vapulanti. 2. Giton autem non oblitus misericordiæ suæ, reserandum ostium, succurrendumque periclitanti censebat. 3. Ego, durante adhuc iracundia, non continui manum, sed caput miserantis stricto acutoque articulo t percussi. 4. & ille flens quidem consedit in lecto: ego autem alternos opponebam feramini oculos, injuriamque

---

tutiunt. q *loco, ubi caro salsa suspenditur Gl.*
r *crepidis imparibus, ut claudicaret.*
s *gaudebam quod vapulabat.* t *talistro, quo vulnerabat etiam Tiberius Sv. 68.*

que Eumolpo v advocationemque commendabam, & veluti quodam cibo me replebam: cum procurator insulæ x Bargates à cœna excitatus, à duobus lecticariis in mediam rixam perfertur: nam erat etiam pedibus æger. 5. Is, ut rabiosa barbaraque voce in ebrios fugitivosque diu peroravit, respiciens ad Eumolpum, O poëtarum, inquit, disertissime, tu eras? & non discedunt ocius nequissimi servi, manusque continent à rixa? * 6. Contubernalis y mea mihi fastum z facit. Ita, si me amas, maledic illam versibus, ut habeat pudorem. * *

CAP. LVII. 1. Dum Eumolpus cum Bargate in secreto loquitur, intrat stabulum præco cum servo publico, aliaque sane modica frequentia, facemque fumosam magis quam lucidam quassans, hæc proclamavit: Puer in palneo paulo ante aberravit, annorum circa XVI, crispus, mollis, formosus, nomine

v *aderam advocatus scilicet. Ironice.*

x *Servus primarius hujus diversorii* Bargates *quasi* gravis catus *Gonsalio dictus* præl. p. 31. * *connex* tum ad aures Eumolpi accedens submissius, *inquit.* y *uxor.* z *superbit.*

mine Giton: Si quis eum reddere aut commonstrare voluerit, accipiet nummos mille. 3. Nec longe à præcone Ascyltos stabat amictus [a] discoloria veste, atque in lance argentea [b] indicium & fidem præferebat. Imperavi Gitoni, ut raptim grabatum subiret, annecteretque pedes & manus institis, quibus sponda culcitam [d] ferebat, ac, sicut olim Ulysses [e] pro ariete adhæsisset, extentus infra grabatū scrutantium eluderet manus. 5. Non est moratus Giton imperium, momentoqve temporis inseruit vinculo manus, & Ulyssem astu simillimo vicit. 6. Ego, ne suspicioni relinqverem locum, lectulū, [f] vestimentis implevi, uniusque hominis vestiginm ad corporis mei mensuram figuravi. 7. Interim Ascyltos, ut pererravit omnes cum [g] via-

a *versicolore, qua utebantur, qui publica autoritate agebant. Pithi:* b *præmium indicandi.* c *funibus, quibus lecti pauperum continebantur.* Gons. d *pulvinum, tectulum.* e *qui Polyphemum illudens arietis ventri, arrepta manibus villa, adhæsit, atque ita latuit. Hom. Odyss IX. 431.* f *stragulis & lodicibus, quæ grabato ante erecto excideram.*

g viatore cellas, venit ad meam: & hoc quidem pleniorem spem concepit, quo diligentius oppessulatas invenit fores. 8 Publicus vero servus, insertans commissuris secures, claustrorum firmitatem laxavit. 9. Ego ad genua Ascylti procubui, & per memoriam amicitiæ, perque societatem miseriarum, petii ut saltem ostenderet fratrem; immo, ut fidem haberent fictæ preces, Scio te, inquam, Ascylte, ad occidendum me venisse: quo enim h secures attulisti? Itaque satia iracundiam tuam: Præbeo ecce cervicem, funde sanguinem, quem sub prætextu quæstionis petisti. 10. Amolitur i Ascyltos invidiam; &, se vero nihil aliud quam fugitivum suum dixit quærere, mortem nec hominis concupisse, nec supplicis, utique ejus, quem post fatalem rixam habuit carissimum.

CAP. LIIX. 1. At non servus publicus tam languide agit, sed raptam cauponi a-

g qui magistratum ex agro in urbem arcesserat, lictor. h potestatis publicæ insigne. i excusat, ne detur invidiæ locus.

rundinem *k* subter lectum mittit, omniaque etiam foramina parietum scrutatur. Subducebat Giton ab ictu corpus, & reducto timidissime spiritu, ipsos *l* scynephos ore tangebat. *2. Eumolpus autem, quia effractum ostium cellæ neminem poterat excludere, irrumpit perturbatus, &, Mille, inquit, nummos inveni: jam enim persequar abeuntem præconem, & in potestate sua esse Gitonem, meritissima propositione monstrabo. 3. Genua ego perseverantis amplector, ne morientes vellet occidere: &, Merito, inquam, excandescerès, si posses proditum ostendere. Nunc inter turbam puer fugit, nec quo abierit, suspicari possum. Per fidem, Eumolpe, reduc puerum, & vel Ascylto redde. 4. Dum hæc ego jam credenti persuadeo, Giton, collectione spiritus plenus, ter continuo ita sternutavit, ut grabatum concuteret. 5. Ad quem motum Eumolpus conversus salvere Gitona jubet. Remota etiam cul-

cita

---

k *Virgam janitoris. E.* l *Gons.* cimices, *vermiculos graveolentos in lectis pauperum.* * *connex. illis vix egressis.*

cita videt Ulyssem, m cui vel esuriens Cyclops potuisset parcere. 6. Mox conversus ad me, Quid est, inquit, latro? Ne deprehensus quidem ausus es mihi verum dicere? Immo, ni deus quidam humanarum rerum arbiter pendenti puero excussisset indicium, elusus circa n popinas errarem. * 7. Giton longe blandior, quam ego, primum o araneis oleo madentibus vulnus, quod in supercilio factum erat, coartavit, mox palliolo suo laceratam mutavit vestem, amplexusque jam p mitigatum osculis tanquam fomentis adgressus est: &, 8. In tua, inquit, pater carissime, in tua fumus custodia. Si Gitona tuum amas, incipe velle servare. 9 Utinam me solum inimicus ignis hauriret, utinam hibernū invaderet mare! Ego enim omnium scelerum materia; ego causa sum. Si perirem, conveniret inimicis. * * *

m *Gitona æstu Ulyssem referentem Hom. l. c.* n *diversoria.* o *telis vel cassibus, de quorum usu in medicis vid. Lot. Comm. II c. 2.* p *ira lenita.* * * *connex.* Eumolpus stultissimi, inquit, estis, qui virtute præditi tamen vitam ærumnosam degitis.

CAP. LIX. 1. Ego sic semper, & ubique vixi, ut ultimam quamque lucem, tanquam non redituram consumerem. * * *
2. Profusis ego lacrymis rogo quæsoque, ut mecum quoque redeat in gratiam. neque enim in amantium esse potestate furiosam æmulationem: daturum tamen operam, ne aut dicam, aut faciam amplius, quo possit offendi. 3. Tantum omnem [a] scabitudinem animo, tanquam bonarum artium magister, deleret sine [b] cicatrice. 4. Incultis asperisque regionibus diutius nives hærent: ast ubi ea aratro domefacta tellus nitet, dum [c] loqveris, levis pruina dilabitur, Similiter in pectoribus ira considit: feras qvidem mentes obsidet, eruditas prælabitur. 5. Ut scias, inquit Eumolpus, verum esse qvod dicis, ecce etiam osculo iram finio. 6. Itaque, quod [d] bene eveniat, expedite sarcinulas, & vel sequimini me, vel si mavultis, ducite. 7. Adhuc loquebatur

* *Connex.* Eumolpus svadet fugam, oblata etiam nave. Paret Encolpius pœnitens a *iram, vindictæ cupiditatem.* b *memoria injuriæ.* c *ceteriter.* d *voti formula.*

batur, cum crepuit ostium impulsum, stetitqve in limine barbis horrentibus nauta: &, Moraris inqvit, Eumolpe, tanquam e prope diem ignores. 8. Haud mora, omnes consurgimus; & Eumolpus qvidem mercenarium suum, jam olim dormientem, exire cum sarcinis jubet: Ego cum Gitone qvicqvid erat, in f altum compono, & adoratis sideribus intro navigium.

** CAP. LX. 1. Molestum est, qvod puer hospiti placet. Quid autem non commune est, qvod natura optimum fecit? Sol omnibus lucet. 2. Luna innumerabilibus comitata sideribus, etiam feras ducit ad pabulum. Qvid aqvis dicr formosius potest? In publico tamen manant. 3. Solus ergo amor furtum potius, qvam præmium erit? Immo vero nolo habere bona, nisi qvibus populus inviderit. vietus g, & senex non erit gravis: etiam cum voluerit aliqvid sumere, opus anhelitu perdet. 4. Hocut infra fiduciam posui, h fraudaviqve ani-

e *alias* propudium *corrupte.* f alutam, *pellem molliorem.* Semisch). ** connex. *in somnis nocte Encolpius multa secum reputat.*

g *langvidus,* h *coëgi diversa à vero credere.*

mum diffidentem, cœpi somnum obruto tunicula capitè mentiri. 5. Sed repente qvasi destruente fortuna constantiam meam, ejusmodi vox super [i] constratum puppis congemuit: Ergo me derisit? At hæc qvidem virilis, & pene auribus meis familiaris animum palpitantem percussit. 6. Ceterum eadē indignatione mulier lancinata ulterius excanduit; &, Si qvis Deus manibus meis, inqvit, Gitona imponeret, qvam bene exulem exciperet! 7. Uterqve nostrûm tam inexpectato ictus sono amiserat sanguinem. 7. Ego præcipue, quasi somnio qvodā turbulento [l] circumamictus diu vocem collegi, tremulisqve manibus Eumolpi jam, in soporem labentis [m] laciniam duxi; &, Per fidem, [n] inqvam, pater, cujus hæc navis est, aut qvos vehat, dicere potes? 9. Inqvietato ille molestè tulit; &, Hoc erat, inqvit, qvod placuerat tibi, vt super constratum navis, occuparemus secre-

---

i *foros, tabulata Douſ.* k *Tryphæna loquitur de ſeipſa:* quàm bene Deus me exulem exciperet! *Gons.* l *velatus.* m *fimbriam.* n *juran-di formulæ.*

cretissimum locum, ne nos patereris requiescere? 10. Quid porro ad rem pertinet, si dixero Lycam Tarentinum esse dominum hujusce navigii, qvi Tryphænam exulem Tarentum ferat?

CAP. LXI. 1. Intremui post hoc fulmen attonitus, jugulo qve detecto, o Aliqvando, inqvam, totum me fortuna vicisti. 2. Nam Giton qvidem super meum pectus positus diu animam egit; deinde ut effusus sudor utriusq; spiritum revocavit, comprehendi Eumolpi genua, & Miserere, inqvam, morientium, id est, pro consortio studiorum commoda manum. Mors venit qvæ, nisi p per te licet, potest esse pro q munere. 3. Inundatus r hac Eumolpus invidia, jurat per deos deasque, se neqve scire, qvid acciderit, nec ullum dolum malum consilio adhibuisse: sed mente simpliciss ima, & vera fide in navigium comites induxisse, qvo ipse jam pridem fuerit usurus. 4. Qvæ autem hic insidiæ sunt? inqvit, aut qvis

o *tandem.* p *a te impeditur.* q *sine malorum.* r *repletus.*

s nobis *t* Hannibal navigat? 5. Lycas Tarentinus homo verecundissimus, & non tantum hujus navigii dominus, qvod regit, sed fundorum etiam aliqvot & familiæ negotiantis, onus deferendum ad mercatum conducit. 6. hic est Cyclops, ille & *u* archipirata cui vecturam debemus: & præter hunc Tryphæna omnium fœminarum formosissima, qvæ voluptatis causa huc atqve illuc vectatur. 7. Hi sunt, inqvit Giton, qvos fugimus: simulqve raptim causas odiorum & instans periculum trepidanti Eumolpo exponit. 8. Confusus ille, & consilii egens jubet qvemqve suam sententiã, *v* promere: &, Fingite, inqvit, nos antrum Cyclopis intrasse. Quærendum est aliqvod effugium, nisi naufragium ponimus, & omni nos periculo liberamus. 9. Immo, inqvit Giton, persuade gubernatori, ut in aliqvem portum navem deducat, non sine præmio scilicet, & affirma ei, impatientem maris fratrem tuum in ultimis esse. 10. Poteris hanc simulationem & lacrymis, &

s nobiscum. t hostis ferocissimus. u dux prædonum. v. proponere, *Gons.*

& vultus confusione obumbrare, ut misericordia permotus gubernator indulgeat tibi. 11. Negavit hoc Eumolpus fieri posse, qvia magna, inqvit, navigia portibus se x curvatis insinuant, nec tam cito fratrem defecisse, verisimile erit. 12. Accedit his, qvod forsitan Lycas officii causa visere languentem desiderabit. Vides, qvam valde nobis expediat, ultro dominum ad fugientes accedere, 13. Sed finge y navem ab ingenti posse cursu deflecti. & Lycam non utiqve circumiturum ægrorum cubilia; qvomodo possumus egredi nave, ut non conspiciamur à cunctis? opertis z capitibus, an nudis? opertis. & qvis non dare manum languentibus volet? nudis. & qvid erit aliud qvam seipsos proscribere?

CAP. LXII. 1. Quin potius, inquam ego ad temeritatem confugimus, & per funem a lapsi descendimus in scapham, præcisoqve vinculo, reliqva fortunæ committimus? Nec ego in hoc periculum Eumolpum

x *littoris epithethon.* Serv. *alii gravatim.* y *esse.* z *ægroti obtectis capitibus exibant.*
a *quo scapha navi alligatur.* Gons.

pum arcesso, qvid enim attinet innocentem alieno periculo imponere? Contentus sum si nos descendentes adjuverit casus. 3. Non imprudens consilium, inqvit Eumolpus, si aditum haberet. Qvis enim non euntes notabit? Utqve gubernator, qvi pervigil nocte siderum qvoqve motus custodit. 4. Et utcunqve imponi vel dormienti posset, si per aliam partem navis fuga quæreretur: nunc per puppim, per ipsa [b] gubernacula dilabendum est, à qvorum regione funis descendit, qvi scaphæ custodiam tenet. 5. Præterea illud miror, Encolpi, tibi non succurrisse, unum nautam stationis perpetuæ interdiu noctuqve jacere in scapha, nec posse inde custodem, nisi aut cæde expelli, aut præcipitari viribus. 6. Qvod an fieri possit interrogate audaciam vestram. Nam qvod ad meum qvidem comitatum attinet, nullum recuso periculum, qvod salutis spem ostendit. Nam sine causa qvidem spiritum tanqvam rem vacuam impendere, nec vos qvidem existimo velle. 7. Videre nunqvid hoc placeat: Ego vos in duas

jam

b *clarum navis.*

Jam pelles c conjiciam, vinctosqve loris inter vestimenta pro sarcinis habebo, apertis scilicet aliqvatenus labris, qvibus & spiritum recipere possitis, & cibum. 8. Conclamabo deinde nocte servos pœnam graviorem timentes præcipitasse se in mare: deinde cum ventum fuerit in portum, sine ulla suspicione pro sarcinis vos efferam. 9. Ita vero, inqvam ego, tanqvam solidos alligaturus, qvibus non soleat d venter injuriã facere, an tanqvam eos, qvi sternutare non soleamus, nec stertere? an qvia hoc genus furti semel e mea feliciter cessit? 10. Sed finge una die vinctos posse durare: qvid ergo si diutius, aut tranqvillitas nos tenuerit, aut adversa tempestas? qvid facturi sumus? vestes qvoqve diutius vinctas ruga consumit, & cartæ alligatæ mutant figuram. 11. Juvenes adhuc laborisexpertes, statuarum ritu patiemur pannos

&

c *involucra.* Fellis Germ. *vel* Felleisen. d *strepitu.* e *alias* mihi. *Sciopp. v.* antea. *Negat id comparere Gonsalius, ubi id genus furti feliciter cesserit: sed est ironica locutio,* quasi vero id genus furti semel feliciter cesserit, nim. c. 57.

& vincula? Adhuc aliud qvod iter saluti[s] qværendũ est. 12. Inspicite qvod ego inveni. Eumolpus tanqvam literarum studiosus utiqve atramentum habet, hoc ergo remedio mutemus colores à capillis usqve ad ungues. 13. Ita tanqvam servi Æthiopes, & præsto tibi erimus sine *f* tormentorum injuria hilares, & permutato colore imponemus inimicis. 14. Quin tu, inqvit Giton, & circumcide nos, ut Judæi videamur: & pertunde *g* aures, ut imitemur Arabes: & increta facies, ut suos Gallia *h* cives putet: tanqvam hic solus color figuram possit pervertere, & non multa unà oportet consentiant, & non natione mendacium constet. 15. Puta infectam medicamine faciem diutius durare posse: finge nec aqvæ asperginem imposituram aliqvam corpori maculam, nec vestem atramento *i* adhæsu-

f *Putat Erh. confundi Æthiopas cum Cappedocibus, qui se invicem torqvebant, ut falsa testimonia dicere possent.* *g* perforato, *ut geramus inaures.* *h* *Galli enim albi colore. Sensus est:* Nec sufficit increatio, ut videaris esse Gallus, nec color iste niger, ut Æthiops. *i* *hypallage;* atramentum vesti adhæsurum.

furam qvod freqventer etiam non accersito *k* ferrumine infigitur: 16. age, numqvid & labra possumus tumore *l* teterrimo implere? numqvid & crines calamistro convertere? numqvid & frontes cicatricibus scindere? numqvid & crura in orbem *m* pandere? numqvid & talos *n* ad terram deducere? numqvid barbam peregrinatione figurare? Color arte compositus inqvinat corpus, non mutat. 17. Audite qvid timenti succurrerit. Prælegemus vestibus capita, & nos in profundum mergamus.

CAP. LXIII. 1. Nec istud dii hominesque patiantur, Eumolpus exclamat, ut vos tam turpi exitu vitam finiatis. 2. Immo potius facite qvod jubeo: Mercenarius, inqvit, meus, ut ex novacula comperistis, tonsor est. hic continuo radat utriusqve non solum capita, sed etiam supercilia. seqvar ego, frontes notans inscriptione solerti, ut videa-

k *glutine* Förnis. l *ut buccæ tumeant more Æthiopum.* m *in morem lunæ curvæ, ut Æthiopes incedebant Conf. Dous.* n *infra coëuntes, genibus surisqve sinuatis.*

videamini stigmate o esse puniti. 3. Ita eædem literæ & suspicionem declinabunt qværentium; & vultus p umbra supplicii tegent. 4. Non est dilata fallacia, sed ad latus navigii furtim processimus, capitaq; cum supercilliis denudanda tonsori præbuimus. 5. Implevit Eumolpus frontes utriusqve ingentibus literis, & notum fugitivorum q epigramma per totam faciem liberali manu duxit. 6. Unus forte ex vectoribus, qvi acclinatus lateri navis r exonerabat stomachum s nausea gravẽ, notavit sibi ad lunam tonsorem intempestivo inhærentem ministerio, execratusqve t omen, qvod imitaretur naufragorũ ultimũ votum, in cubile rejectus est. 7. Nos dissimulata nauseantis devotione, ad ordinem tristitiæ redimus, silentioqve composito, reliqvas noctis horas male soporati consumpsimus. * * *

CAP.

o *servorum notis punctis.* p *figmentis.* q *inscriptio rei.* r *vomebat, maris impatiens.* s *quis morbus navigantium, & quomodo curetur, docet Lotich. comm. l. 2. e. 3.* t *Naufragi enim elapsi Diis maris solebant crines consecrare.* Gons. * Connex. Poste-

CAP. LXIV. 1. Videbatur mihi secundum *a* qvietem Priapus dicere, Encolpion *b* qvem qværis, scito à me in navem tuam esse perductum. 2. Exhorruit *c* Tryphæna: &, Putes, inqvit, unà nos dormiisse: nam & mihi simulacrum *d* Neptuni, qvod * *e* Baistor asylo notaveram, videbatur dicere, In navi Lycæ *f* Gitona invenies. 3. Hinc scies, inqvit Eumolpus, Epicurum hominem esse *g* divinum, qvi ejusmodi ludibria facetissima ratione condemnat.

Somnia, h *quæ mentes ludunt* i *volitantibus* k *umbris*,

Non

Postero die diætam Lycæ intrat Eumolpus, ubi postqvam locuti sunt de felicissima navigatione, propter cœli serenitatem, *Lycas respiciens ad Tryphænam.*

a *in somno* b *priores editiones* qvod *Bourd.* *Deus hortorum, Bacchi & Veneris filius.* c Τρυφῆς, deliciis, *voluptuaria fœmina, Lycæ meritissima uxor.* d *Deus maris.* e *Gonf. sic restituit:* qvo Deo vota nuncupata Bajis ter stylo notaverã. f *navigii Dominus.* g *sapientem, sagacem.* h *ordo*: Non delubra Deum, neqve numina mittunt ab æthere somnia, i *decipiunt*, k *phantasmatis.*

Non l *delubra Deum, nec ab æthere numina mittunt,*
Sed sibi quisque facit, nam quum prostrata sopore (dere ludit:
Urget membra quies, & mens sine m *pon-*
Quicquid n *luce fuit, tenebris agit. oppida bello (in urbes:*
Qui o *quatit, & flammis miserandas sævit*
Tela videt, versasque acies, & funera Regum,
Atque exundantes perfuso sanguine campos
Qui causas p *orare solent, legesque forumq;*
Et q *pavido cernunt inclusum corde tribunal. (rum.*
Condit avarus opes, defossumque invenit au-
Venator saltus canibus r *quatit, eripit undis,*
Aut premit eversam periturus navita s *puppim, (nu,*
Scribit amatori meretrix. dat adultera mu-
Et canis in somnis leporis vestigia latrat.
In noctis spatio miserorum vulnera durant.

4. Ceterum Lycas ut Tryphænæ somnium t ex-

l *templa.* m *phantasiæ sine ratione.* metaph. ab horologiis. n *interdum.* o *oppugnat.* p *patronus causarum.* q *Etiam.* r *vestigat, indagat.* s *navem.*

t expiavit, Qvis, inqvit, prohibet navigium scrutari, ne videamur divinæ v mentis opera damnare? Is qvi nocte miserorum furtum u deprehenderat Æsius x nomine, subito proclamat, Ergo illi, qvi sunt qvi nocte ad Lunam radebantur? pessimo y medius fidius exemplo. 6. Audio enim non licere cuiqvam mortalium in nave neqve ungues neqve capillos deponere, nisi cum pelago ventus irascitur.

CAP. LXV. 1. Excanduit Lycas hoc sermone turbatus; & Itane, inqvit, capillos aliqvis in nave præcidit, & hoc nocte a intempesta? attrahite ocius nocentes in medium, ut sciam qvorum capitibus debeat navigium b lustrari. 2. Ego, inqvit Eumolpus, hoc jussi; nec non eodem futurus navigio, auspicium mihi feci; qvia nocentes horridos longosqve habebant capillos

t *vini aspersione expiata somnia, notat Wouw.* v *Dei.* u *clam factum.* x αἴσιος auspex, *vector his forte intentus.* y *jurandi form. quasi* ita me Deus fidei juvet!

a *Sine tempestate & procella. Gons.* b *expiari.*

pillos, ne viderer de nave carcerem facere, jussi c sqvalorem damnatis auferri: simul ut notæ qvoqve literarum non adumbratæ comarum præsidio, totæ ad oculos legentium accederent. 3. Inter cætera apud communem d amicam consumpserunt pecuniam meam, à qva illos proxima nocte extraxi mero unguentisqve perfusos. Ad summam, adhuc patrimonii mei reliqvias olent. * 4. Itaqve ut e tutela navis expiaretur, placuit qvadragenas utrisqve plagas imponi. 5. Nulla ergo fit mora. Aggrediuntur nos furentes nautæ cum f funibus, tentantqve viliſſimo sanguine tutelam placare. Et ego qvidem tres plagas g Spartana h nobilitate i concoxi: Ceterum Giton semel ictus, tam valde exclamavit, ut Tryphænæ aures notissima voce-

c *talis enim capillus reorum. Erb. conf. Plin. ep. 27. l. 7.* d *scortum.* e *numen, cujus simulacrum in navis puppi positum, cujusque tutelæ se commiserant.* f *pœna nautica, eaque servilis.* g *Laborum dolorumque patientes fuerunt Spartani. Nep. in Alcib. c. 11 v. 4.* quorum (Lacedæmoniorum) moribus summa virtus in patientia ponebatur. h *patientia.* i *toleravi.*

ce repleret. 6. Non solum ergo turbata est sed ancillæ qvoqve omnes familiari sono inductæ ad vapulantem decurrunt. 7. Jam Giton [k] mirabili forma exarmaverat nautas, cœperatqve etiam sine voce sævientes rogare, cum ancillæ pariter proclamant; Giton est, Giton, inhibete crudelissimas manus; Giton est, Domina succurre. 8. Deflectit aures Tryphæna jam sua sponte credentes, raptimqve ad puerum devolat. Lycas, qvi me optime noverat, tanqvam & ipse vocem audisset, accurrit: & nec manus, nec faciem meam consideravit, sed continuo ad inguina mea luminibus deflexis, movit officiosam manum: & Salve, inqvit, Encolpi. 9. Miretur nunc aliqvis, [l] Ulyxis [m] nutricem post vicesimum annum cicatricem invenisse originis indicem, cum homo prudentissimus confusis omnibus corporis indiciorumqve

F line-

k *miserabili & tenerrimo aspectu.* l *Finxerat is, ad uxorem redux, hospitem se Creticum esse, sed nutrix in balneo agnovit ex vulnere, quod ab apro fuerat inflictum. Hom. Odyss. XIX. v. 392.* m *Euricleam nomine.*

lineamentis, ad unicum fugitivi argumentum tam doctè pervenerit. 10. Tryphæna lacrymas effudit decepta supplicio: vera enim stigmata credebat captivorum frontibus impressa, scisciatariqve summissius cœpit, qvod n ergastulum intercepisset errantes, aut cujus tam crudeles manus in hoc supplicum o durassent: Meruisse qvidem contumeliam aliqvam fugitivos, qvibus in odium bona sua p venissent.

CAP. LXVI. 1. Concitatus iracundia prosiliit Lycas, &, O te, inqvit, fœminam simplicem, tanqvam vulnera ferro præparata literas biberint. 2. Utinam qvidem hac se inscriptione frontis maculassent! haberemus nos extremum solatium. Nunc mimicis artibus petiti sumus, & adumbrata inscriptione derisi. 3. Volebat Tryphæna misereri, qvia non totam voluptatem perdiderat; sed Lycas memor adhuc uxoris corruptæ, contumeliarumqve qvas in Herculis a por-

n *carcer servorum.* o *destinatæ perseverassent.* p *Sensus est: qui Tryphænæ pulchritudinem gratiamque exosi se subduxissent.*

a porticu acceperat, turbato vehementius vultu proclamat: Deos immortales rerum humanarum agere curam, puto, intellexisti ô Tryphæna. nam b imprudentes noxios in noſtrum induxere naviginm,& qvid feciſſent, ad monuerunt pari ſomniorum conſenſu. 5. Ita vide c ut proſit illis ignoſci qvos ad pœnam ipſe Deus deduxit. Qvod ad me attinet, non ſum crudelis, ſed vereor, ne qvod remiſero, d patiar. 6. Tam ſuperſtitioſa oratione Tryphæna mutata, negat ſe interpellare ſupplicium, immo accedere etiam juſtiſſimæ ultioni: nec ſe minus grandi vexatam injuria, qvam Lycam, cujus pudoris dignias in concione proſcripta ſit. * * *

CAP. LXVII. 1. Me utpote hominem non ignotum elegerunt ad hoc officium, etieruntqve ut ſe reconciliarem aliqvanto amiciſſimis. 2. Niſi forte putatis juvenes caſu in has e plagas incidiſſe, cum o-

a *porticus erat Romæ, ſed & alibi Pith.* b *inſcios vereor, ut ſr.* * * * d *Evenit, qvod metuerat* c. LXXV. *connex.* Pro ſupplicibus intercedit umolpus. e *captivitatem.*

mnis *f* vector nihil prius quærat, qvam cujus se diligentiæ credat. 3. Flectite ergo mentes satisfactione lenitas, & patimini liberos homines ire sine injuria, qvo desti-nant. 4. Sævi qvoqve implacabilesqve domini crudelitatem suam impediunt, si qvando pœnitentia fugitivos reduxit, & deditiis hostibus parcimus. 5. Qvid ultra petitis? aut, qvid vultis? In conspectu vestro supplices jacent, juvenes, ingenui, honesti, &, qvod utroqve potentius est, familiaritate vobis aliqvando conjuncti. 6. Si mehercules *g* intervertissent pecuniam vestram, si fidem proditione læsissent, satiari tamen potuissetis hac pœna, qvam videtis. 7. Servitia *h* ecce in frontibus cernitis, & vultus ingenuos voluntaria pœnarum lege proscriptos. 8. Interpellavit deprecationem supplicis Lycas, & Noli, inqvit causam confundere, sed impone singulis modum. 9. Ac primum omnium, si ultro venerunt, cur nudavere crinibus capita, vultum enim qvi permutat, fraudem pata-

no

f qui vehitur. *g fraude abstulissent.* h *notæ servorum.*

non satisfactionem. 10. Deinde si gratiam i à legato moliebantur, qvid ita omnia feciſti, ut qvos tuebaris abſconderes? Ex qvo apparet caſu incidiſſe noxios in plagas, & te artem qvæſiſſe, qva noſtræ animadverſionis impetum eluderes. 11. Nam qvod k invidiam facis nobis, ingenuos honeſtosqve clamando, vide ne deteriorem facias confidentia cauſam. 12. Qvid debent læſi facere, ubi rei ad pœnam confugiunt? At enim amici fuerunt mei; eo majora meruerunt ſupplicia. Nam qvi ignotos lædit, latro appellatur: qvi amicos, paulominus qvam parricida. 13. Reſolvit l Eumolpus tam iniqvam declamationem, &, Intelligo, inqvit, nihil magis obeſſe juvenibus miſeris, qvam qvod nocte depoſuerunt capillos: hoc argumento incidiſſe in navem videntur, non veniſſe. 14. Qvod velim tam candide ad veſtras aures perveniat, qvam ſimpliciter geſtum eſt. Voluerunt enim anteqvam conſcenderent, exonerare capita moleſto & ſupervacuo pondere, ſed

i *per legatum. E.* k *invidiam mihi concitas. Sch. S.* l *respondet.*

celerior ventus distulit curationis propositum. Nec tamen putaverunt ad rem pertinere ubi inciperent qvod placuerat ut fieret: qvia nec omen, nec legem navigantium noverant. 14. Qvid, inqvit Lycas, attinuit supplices radere? nisi forte miserabiliores calvi solent esse. 15. qvanqvam qvid attinet veritatem per interpretem qværere? Qvid dicis tu latro? qvæ m sola n Salamandra supercilia tua o excussit? cui Deo crinem vovisti? p Pharmace, responde.

Cap. LXVIII. 1. Obstupueram ego supplicii metu pavidus, nec qvid in re manifestissima dicerem, inveniebam. Turbatus & deformis præter spoliati capitis dedecus, superciliorum etiam æqualis cum fronte a calvities, ut nihil nec facere deceret, nec dicere. 2. Ut vero spongiauda facies plorantis detersa est, & liqvefactum per totum os

m *deleri jubet Gons.* Qvo oleo *Barth.* n *cujus sanie contacti pili è corpore humano defluunt. Plin. X. c. 67.* o dejecit flammis. *alii* exusit. p *unguentarie, venefice.*

a *calvitiem: decus capitis enim capilli Gons.*

os atramentum, omnia scilicet lineamenta
b fuliginea nube confudit, in odium se ira
convertit. 3. Negat Eumolpus passurum
se, ut qvisqvam ingenuos contra fas legem-
qve contaminet; interpellatqve sævienti-
um minas, non solum voce, sed & manibus.
4. Aderat interpellanti mercenarius comes,
& unus alterqve infirmissimus vector, sola-
tia magis litis, qvam virium auxilia. 5. Nec
qvicqvam pro me deprecabar, sed inten-
tans in oculos Tryphænæ manus, usurum
me viribus meis clara liberaqve voce cla-
mavi, ni abstineret à Gitone injuriam mu-
lier damnata, & in toto navigio sola verbe-
randa. 6. Accenditur audacia mea iratior
Lycas, indignaturqve, qvod ego relicta mea
causa tantum pro alio clamo. Nec minus
Tryphæna contumelia sævit accensa, toti-
usqve navigii turbam diducit c in partes.
7. Hinc mercenarius tonsor d ferramen-
ta sua nobis, & ipse armatus distribuit, il-
linc Tryphænæ familia e nudas expedit

b *colore atro* Gl. c *factiones.* d *novaculas.*
e *inermes* mit truckenen Fäusten.

manus. 8 Ac ne ancillarum qvidem clamor aciem *f* deſtituit, uno tantum gubernatore relicturum ſe navis miniſterium denunciante, ſi non deſinat rabies libidine perditorum collecta. 9. Nihilominus tamen perſeverat dimicantium furor; illis pro ultione, nobis pro vita pugnantibus. 10. Multi ergo utrinqve ſine morte labuntur, plures cruenti vulneribus referunt veluti ex prælio pedem: nec tamen cujusqvam ira laxatur. 11. Tunc fortiſſimus Giton ad virilia ſua admovit novaculam infeſtam, minatus ſe abſciſſurum tot miſeriarum cauſam: Inhibuitqve Tryphæna tam grande facinus, non diſſimulata miſſione. 12. Sæpius ego cultrum tonſorium ſuper jugulum meum poſui, non magis me occiſurus, qvam Giton qvod minabatur, facturus. 13. audacius ille tamen tragœdiam implebat, qvia ſciebat ſe illam habere novaculam, qva jam ſibi *g* cervicem præciderat. 14. Stante ergo utraqve acie, cum appareret futurum *h* non tralatitium bellum, ægre

f Rixam augent clamando *g vide ſupra c. LIV.* *h non vulgare, Gons. ſtlatarium.*

ægre expugnavit gubernator, ut caduceatoris more Tryphæna inducias faceret. 15. Data ergo acceptaqve patrio more fide, protendit ramum oleæ à i tulela navigii raptum, atqve in colloqvium venire ausa; *Quis furor, exclamat, pacem convertit in arma? (hostis*
Quid nostræ meruere manus? non k *Troïus*
Hac in classe vehit decepta l *pignus* m *Atridæ; (gnat:*
Nec n *Medea furens fraterno sanguine pu-*
Sed contemtus amor vires habet, & mihi o *fata*
Hos inter fluctus quis raptis evocat armis?
Cui non est mors una satis? ne vincite p *pontum,*
Gurgitibusque q *feris alios immittite fluctus.*

i *Deo tutelari, cujus simulacrum in puppi stabat. Gons.* k *Paris.* l *Helenam, Agamemnonis filiam, Menelai conjugem* m *Agamemnonis, qui filius Atrei.* n *quæ Absyrtum fratrem necavit discerptum in mare abjecit, ut haberet fugæ spatium cum Jasone. Gons.* o *mortem.* p *mare.* q *Sensus est: Sufficit, quod mare sæpius est infestum, ne ergo & vos cædes paretis.*

CAP. LXIX. 1. Hæc ut turbato clamore mulier effudit, hæsit paulisper acies, revocatæqve ad pacem manus intermisere bellum. 2. Utitur pœnitentiæ occasione dux Eumolpus, & [a] castigato ante vehementissime Lyca, tabulas fœderis signat, queis hæc formula erat: Ex tui [b] animi sententia, ut tu Tryphæna, neqve injuriam tibi factam à Gitone [c] qvereris, neqve si qvid ante hunc diem factum est, objicies, vindicabisve, aut ullo alio genere persequendum curabis: ut tu nihil imperabis puero repugnanti, non amplexum, non osculum, non coitum Venere constrictum, nisi pro [d] qua re præsentes numeraveris denarios centum. 4. Item Lyca ex tui animi sententia, ut tu Encolpion nec verbo contumelioso insequeris, nec vultu, neqve qværes, ubi nocte dormiat; aut si quæsieris, pro singulis injuriis numerabis præsentes denarios ducentos. 5. In hæc verba fœderibus compositis arma deponimus: & ne resi-

a *objurgato.* b *formula in juramentis & fœderibus adhiberi solita.* c legem oblivionis, ἀμνηστίας *nominant.* d pro quaque *Gens.*

residua in animis etiam post iusiurandum ira remaneret, præterita aboleri *e* osculis placet. 6. Exhortantibus universis odia detumescunt, epulæqve *f* ad certamen prolatæ conciliant hilaritate *g* concilium. 7. Exsonat cantibus totum navigium, & qvia repentina tranqvillitas intermiserat cursum, alius exultans qværebat *h* fuscina pisces: alius hamis blandientibus convellebat prædam repugnantem. 8. Ecce etiam per antemnam pelagiæ consederant volucres, qvas tectis arundinibus peritus artifex tetigit. Ille viscatis illigatæ *i* viminibus deferebantur ad manus. 9. Tollebat *k* plumas aura volitantes, pinnasqve per maria inanis spuma torqvebat. 10 Jam Lycas redire mecum in gratiam cœperat; jam Tryphæna Gitona extrema

e osculum amicitiæ pignus. Gons. comm. 229. f certatim. Gons, alii ad *accipiunt pro* post *vel* ante. *E.g* convivium *Gons. Sed Erb.* concilium *i. e. catum. h instrumento piscatorum, ad instar tridentis Neptuni, quo pisces capiebant. i aucupio adhibitis.* Leimstangen. *k lanugo volitans, & pluma aquis innatans tempestatis signum. è Plin. Gons.*

parte l potionis spargebat, cum Eumolpus & ipse vino m solutus dicta voluit in n calvos stigmosque o jaculari: donec consumpta p frigidissima urbanitate, rediit ad carmina sua; cœpitque capillorum q elegidarion dicere.

Quod r *solum formæ decus est, cecidere capilli:*
Vernantesque comas tristis abegit hiems:
Nunc s *umbra nudata sua jam* t *tempora mœrent:*
Areaque v *attritis ridet* x *adusta pilis.*
O fallax y *natura deum! quæ prima dedisti*
Ætati nostræ gaudia, prima rapis.
Infelix, modo crinibus nitebas,
Phœbo z *pulchior, & a sorore Phœbi:*
At nunc b *lævior ære, vel rotundo*

Hor-

---

l Iusus cottabi *non nullis intelligendus videtur.* m *ebrius.* n calvum *nominare, est convitiari.* o *scommata proferre.* p *inepta.* q *minuta elegia.* r summum *rectius.* s *Metaph. à vere, quo tempore arbores umbram commodant.* t *pars capitis.* u *vertex.* x *glabra.* y *Dii fallaces.* z *Apollo, cujus radii capillorum typus, unde intonsus.* a *Cynthia.* b *de causis calvitiei, hucusq;*

Horti c *tubere, quod creavit unda,*
Ridentes fugis & times puellas.
Ut mortem citius venire credas,
Scito jam capitis periſſe d *partem.*

CAP. LXX. 1. Plura volebat proferre, credo & ineptiora præteritis, cum ancilla Tryphænæ Gitona in partem navis inferiorem ducit, e corymbioqve dominæ pueri adornat caput. 2. Immo f ſupercilia etiam profert de pyxide, ſciteqve jacturæ lineamenta ſecuta, totam illi formam ſuam reddidit. 3. Agnovit Tryphæna verum Gitona; lacrymisqve turbata, tunc primum bona fide puero baſium dedit. 4. Ego, etiam ſi repoſitum in priſtinum decorem puerum gaudebam, abſcondebam tamen freqventius vultum, intelligebamqve me non g tralatitia deformitate eſſe inſignitum, qvem alloqvio dignum nec Lycas qvidem

jusq; turpitudine vid. Lot comm. l. 2. c. 4. c *fungino genere* d *capillos nim. Fabulabantur, morti vicinos à Proſerpina tonderi.*

e *capillamento. Gons. p. 269. plura de hac re.*
f *Calliblephara, quibus ſupercilia denigrabant mulieres.* g *vulgari.*

dem crederet. 5. Sed huic triſtitiæ eadem illa ſuccurrit ancilla, evocatumqve me non minus decoro exornavit capillamento: immo commendatior vultus enituit, qvia [h] flaucorum corymbion erat. 6. Ceterum Eumolpus & periclitantium advocatus, & præſentis concordiæ auctor, ne ſileret ſine fabulis hilaritas, multa in muliebrem levitatem cœpit jactare: qvam facile adamarent: qvam cito etiam [i] filiorum obliviſcerentur: nullamqve eſſe fœminam tam pudicam, qvæ non peregrina libidine usqve ad furorem [k] averteretur. 7. nec ſe [l] tragœdias veteres curare, aut nomina ſeculis nota, ſed rem ſua memoria factam, qvam expoſiturum ſe eſſe, ſi vellemus audire. 8. Converſis igitur omnium in ſe vultibus auribusqve, ſic orſus eſt.

CAP. LXXI. 1. Matrona qvædam [a] Epheſi tam notæ erat pudicitiæ, ut vicinarum qvoqve gentium fœminas ad ſui ſpectaculum

h *Flavicomum, flavum legendum videtur.* i philorum *i. e. amicorum legit Gons.* k *à marito ſc.* l *figmenta.*

a *Veram hiſtoriam teſtantur multi, quos citat Lot. Comm. l. 2. c. 5.*

lum evocaret. 2. Hæc ergo cum virum *b* extulisset, non contenta vulgari more funus passis prosequi crinibus, aut nudatum pectus in conspectu frequentiæ plangere, in conditorium etiam prosecuta est defunctum, positumque in *c* hypogæo, Græco *d* more, corpus custodire ac flere totis noctibus diebusque cœpit. 3. Sic *e* afflictantem se, ac mortem *f* inedia persequentem non parentes potuerunt abducere, non propinqui: magistratus ultimo repulsi abierunt, comploratague singularis exempli fœmina ab omnibus, quintum jam diem sine alimento trahebat. 4. Adsidebat ægræ fidissima ancilla, simulque & lacrymas commodabat lugenti, & quoties defecerat positum in monumento lumen renovabat. 5. Una igitur in tota civitate *g* fabula erat; & solum illum adsulsisse verum pudicitiæ amorisque exemplum omnis ordinis homines confitebantur: cum interim *h* im-

b *mortuum.* c *cella subterranea.* d *qui sepulchris custodes addebant.* e *plangentem.* f *fame se consecturam.* g *Sermo omnis de ipsa erat.*

h imperator provinciæ latrones jussit crucibus adfigi, secundum illam eandem i casulam, in qva recens cadaver matrona deflebat. 6. Proxima ergo nocte cum miles, qvi cruces asservabat, ne qvis ad sepulturam corpora detraheret, notasset sibi & lumen inter monumenta clarius fulgens, & gemitum lugentis audisset; k vitio gentis humanæ concupiit scire, qvis aut qvid faceret. 7. Descendit igitur in conditorium; visaqve pulcherrima muliere, primo quasi qvodam monstro, infernisqve l imaginibus turbatus substitit: deinde ut & corpus jacentis conspexit, & lacrymas consideravit, faciemqve unguibus sectam; ratus scilicet qvod erat, desiderium extincti non posse fœminam pati; attulit in monumentum cœnulam suam, cœpitqve hortari lugentem, ne perseveraret in dolore supervacuo, & nihil profuturo gemitu pectus m diducere: omnium eundem exitum esse: sed & idem domicilium; & cetera, qvibus exulceratæ mentes ad sanitatem revocan-

h *præses seu proconsul.* i *cellam* k *curiositate.* l *spectris.* m *mœrore se conficeret.*

cantur. 9. At illa ignota consolatione percussa, laceravit vehementius pectus, ruptosqve crines super pectus jacentis imposuit. 10. Nec recessit tamen miles, sed eadem exhortatione tentavit dare mulierculæ cibum, donec ancilla vini certe ab eo odore corrupta, primum ipsa porrexit ad humanitatem invitantis victam manum: deinde refecta potione & cibo, *n* expugnare dominæ pertinaciam cœpit. 11. &, Qvid proderit, inqvit, hoc tibi, si *o* soluta inedia fueris? si te vivam sepelieris? si anteqvam *p* fata poscant, *q* indemnatum spiritum effuderis?

Id r *cinerem, aut manes credis curare sepultos?*

12. Vis tu reviviscere reluctantibus fatis extinctum, vis discusso muliebri errore, qvam diu licuerit, lucis commodis frui? ipsum te jacentis corpus admonere debet, ut vivas. Nemo invitus audit, cum cogitur

aut

n *persvadere pertinaci dominæ.* o *mortua.* p *mortem naturalem intelligit* q *non condemnatum,* r mortuum. *Versus integer Virgilii e libr IV. Æn.* 434.

aut cibum sumere, aut vivere. 13. Itaqve mulier aliqvot dierum abstinentia s sicca, passa est frangi pertinaciam suam: nec minus avide replevit se cibo, qvam ancilla, qvæ prior victa est.

Cap. LXXII. 1. Ceterum scitis qvid tentare plerumq; soleat humanam satietatem. Qvibus blanditiis impetraverat miles ut matrona vivere vellet, iisdem etiam pudicitiam ejus aggressus est. 3. Nec deformis aut infacundus juvenis castæ videbatur, conciliante gratiam ancilla, ac subinde dicente:

---- *Placitone etiam pugnabis amori?*
Nec venit in mentem, qvorum consederis
a *arvis?*

4. Qvid diutius moror? ne hanc qvidem mulier partem b corporis abstinuit, victorqve miles c utrumqve persuasit. 5. Jacuerunt ergo una, non tantum illa nocte, qva nuptias fecerunt, sed postero etiam ac

434. *qvo Anna Didonem sororem solatur ob conjugis mortem.* s *jejuna.*

a agris. *Subest tamen h. l. dilogia.* b *torporis, i. e. consilii impotentiæ, Sc.* c *ut ederet & amaret.*

ac tertio die, præclusis videlicet conditorii foribus; ut qvisq; ex notis ignotisqve ad monumentum venisset, putasset expirasse super corpus viri pudicissimam uxorem. 6 Ceterum delectatus miles & forma mulieris & secreto, qvicqvid boni per facultates poterat, coëmebat; & prima statim nocte in monumentum ferebat. 7. Itaqve d cruciarii uinus parentes, ut viderunt laxatam custodiam, detraxere nocte pendentem, supremoqve mandaverunt officio. 8. At miles e circumscriptus dum desidet, ut postero die vidit unam sine cadavere crucem; veritus supplicium, mulieri qvid accidisset, exponit: nec se expectaturum judicis sententiam, sed gladio jus f dicturum ignaviæ suæ: comodaret modo illa perituro locum, & fatale conditorium familiari ac viro faceret. 9. Mulier non minus misericors qvam pudica. Nec istud, inqvit, dii sinant, ut eodem tempore duorum mihi carissimorum hominum duo funera spe-

d *in crucem acti.* e *vett libri* circumseptus *habent iron.* f *i. e. vim allaturum*, wolte sich sein Recht selbst thun.

ſpectem: malo mortuum impendere qvam vivum occidere. 10. Secundum hanc orationem, jubet corpus mariti ſui tolli ex arca, atqve illi qvæ vacabat, cruci adfigi. 11. Uſus eſt miles g ingenio prudentiſſimæ fœminæ; poſteroqve die populus miratus eſt, qva ratione mortuus iſſet in crucem.

Cap. LXXIII. 1. Riſu excepere fabulam nautæ, erubeſcente non mediocriter Tryphæna, vultumqve ſuum ſuper cervicem Gitonis amabiliter ponente. 2. At non Lycas riſit, ſed iratum commovens caput, Si juſtus, inqvit, imperator fuiſſet, debuit patrisfamiliæ corpus in monumentum referre, mulierem affigere cruci. 3. Non dubie redierat in animum h mœchile, expilatumque libidinoſa i migratione navigium. 4. Sed nec k fœderis verba permittebant meminiſſe; nec hilaritas, qvæ præoccupaverat mentes, dabat iracundiæ lo-

g *calliditate.*

h *mœchimonium.* D i *fuga poſt raptam Deæ Iſidis effigiem, veſtem, ſiſtrumqve Se. S.* k *de qvo ſupra c. LXIX.*

locum. 5. Ceterum Tryphæna in gremio Gitonis posita, modo implebat oculis pectus, interdum concinnabat spoliatum crinibus vultum. 6. Ego mœstus & impatiens fœderis novi, non cibum, non potionem capiebam, sed obliqvis *l* trucibusqve oculis utrumqve spectabam 7. Omnia me oscula vulnerabant, omnes blanditiæ, qvascunqve mulier libidinosa fingebat: nec tamen adhuc sciebam utrum magis puero irascerer, qvod amicam mihi auferret; an amicæ, qvod puerum corrumperet: Utraqve inimicissima oculis meis, & captivitate præterita tristiora. 8. Accedebat huc qvod neqve Tryphæna me alloqvebatur tanqvam familiarem, & aliqvando gratum sibi amatorem, nec Giton me aut *m* tralatitia propinatione dignum judicabat, aut, qvod minimum est, sermone communi *n* vocabat. 9. credo veritus ne inter initia coëuntis gratiæ recentem cicatricem rescinderet. Inundavere *o* pectus lacrymæ

l *qvod est indignantis, vid. adag. Oculis limis & taurine tueri.* *m* *vulgari.* *n* *alloqvebatur.* *o* *plorabam.*

crymæ dolore paratæ. gemitusqve suspirio tectus animam pene submovit. *
In partem voluptatis tentabat admitti, nec domini p supercilium induebat, sed amici qværebat obseqvium. *dum ancilla restitens in hæc erupit.* II. Si qvid ingenui sanguinis habes, non pluris illam facies, qvam sportam. Si vir fueris, non ibis ad q spuitam. *hæc animi pendentem angebant. Sed* me nihil magis pudebat, qvam ne Eumolpus sensisset, qvidqvid illud fuerat, & homo dicacissimus carminibus vindicaret. * * Jurat Eumolpus verbis r conceptissimis. * * *

Cap.

* *connex.* Mœrenti *addit novum decus corymbion amorqve* Lycæ.

p *non fastidiebat ut dominus.* B. *Crauserus in MS.* Einem ein Amtsgesicht geben. *conf adag* deme supercilio nubem *p 73.* q *scortum* ** *connex.* creditam noxiam Ingreditur Eumolpus, cui Encolpius exponit, omnia, qvæ facta erant, qvibus auditis, r *dictatis verbis ab eo, qvi detulit. Vide adag.* conceptis verbis jurare. *** *connex.* haut dubie vindicaturum, & Deos æqviores esse, ut tot crimina paterentur impunita.

CAP. LXXIV. 1. Dum hæc taliaqve jactamus, inhorruit mare, nubesqve undique adductæ obruere tenebris diem. 2. Discurrunt nautæ ad officia trepidantes, velaqve tempestati a subducunt. 3. Sed nec certos fluctus ventus impulerat: nec qvo destinaret cursum gubernator sciebat: Siciliam modo ventus dabat, sæpissime Italici littoris Aqvilo possessor convertebat huc illuc obnoxiam partem: &, qvod omnibus procellis periculosius erat, tam spissæ repente tenebræ lucem suppresserant, ut ne proram qvidem totam gubernator videret. 4. Itaqve Hercules postqvam b manifesto evolavit, spes omnis, Lycas trepidans ad me supinas porrigit manus: &, Tu, inqvit, Encolpi, succurre periclitantibus, id est, c vestem illam divinam, d sistrumqve redde navigio. Per fidem, miserere, quemadmodum qvidem soles. 5. Et illum qvidem vociferantem in mare ventus excus.

a *antennas demittunt* b *Pith* postqvam maris æstus convaluit. c *Isidis nempe, cujus simulacrum in puppi navis. Gons.* d *crepitaculum æneum, qvo Ægyptii sacerdotes in sacris Isidis utebantur.*

excussit, repetitumqve infesto gurgite procella circumegit atqve hausit. 6. Tryphænam autem properam fidelissimi rapuerunt servi, scaphæque impositam cum maxima sarcinarum parte abduxere certissimæ morti. 7. *Ego Giton*i applicitus cum clamore flevi: &, Hoc, inqvam, à diis meruimus, ut nos sola morte conjungerent? sed non crudelis fortuna concedit. 8. Ecce jam ratem fluctus evertet: ecce jam amplexus amantium iratum dividet mare. Igitur si vere Encolpion dilexisti, da oscula dum licet, & ultimum hoc gaudium fatis properantibus rape. 9. Hæc ut ego dixi, Giton vestem deposuit, meaqve tunica contectus exeruit ad osculum caput: & ne sic cohærentes malignior fluctus distraheret, utrunqve zona circumvenienti præcinxit: &, 10. Si nihil aliud, certe diutius, inqvit, juncta nos mors feret; vel si voluerit misericors ad idem littus expellere, aut præteriens aliqvis tralatitia humanitate [e] lapidabit, aut, qvod ultimum est, iratis etiam fluc-

[e] *Non licebat inhumatum præterire. Cons. adde Horat. l. 1. carm. od. 28.*

fluctibus, imprudens arena componet. 11. Patior ego vinculum extremum,& veluti lecto funebri aptatus expecto mortem jam non moleſtam. 12. Peragit interim tempeſtas mandata fatorum,omnesqve reliqvias navis *f* expugnat. 13. Non arbor erat relicta, non gubernacula, non funis,aut remus, ſed qvaſi rudis atqve infecta *g* materies ibat cum fluctibus * *hoſpites veluti conclamans.* * 14. Procurrere piſcatores parvulis expediti navigiis ad prædam rapiendam: deinde ut aliqvos viderunt, qvi ſuas opes defenderent, mutaverunt crudelitatem in auxilium.

CAP. LXXV. 1. *Tum vocum concurſu facto* audimus murmur inſolitum, & ſub *h* diæta magiſtri, qvaſi cupientis exire belluæ gemitum. 2. Perſeqvuti igitur ſonum invenimus Eumolpum ſedentem, membranæqve ingenti verſus ingerentem. 3. Mirati ergo,qvod illi vacaret in vicinia *i* mortis poëma facere, extraximus clamantem, jubemusqve bonam habere mentem. 4. At

f *excutit.* g *partes navis excuſſæ.*
h *magiſtri navis cubili. Habitationem in hortis etiam ſignificat.* i *morte impendente.*

ille interpellatus excanduit, &, Sinite me, inqvit, sententiam explere: laborat carmen in fine. Injicio ego frenetico *k* manum, jubeoqve Gitona accedere, & in terram trahere *l* porcam *m* mugientem. *

5. Hoc opere tandem elaborato, casam piscatoriam subimus mœrentes, cibisq; naufragio corruptis utcunqve curati, tristissimam exegimus noctem. 6. Postero die cum poneremus consilium, cui nos regioni crederemus, repente video corpus humanum circumactum levi vortice ad littus deferri. 7. Substiti ergo tristis, cœpiqve viventibus oculis maris fidem inspicere: &, Hunc forsitan proclamo, in aliqva parte terrarũ secura expectat uxor: forsitan ignarus tempestatis filius, aut patrem utiqve reliqvit aliqvem, cui proficiscens osculum dedit. Hæc sunt consilia mortalium, hæc vota magnarum cogitationum. En homo qvemadmodum natat. 8. Adhuc tanqvam ignotum deflebam, cum inviolatum os

k *mente capto.* l *orcam aut Poëtam. Erh. Goldastinus* orcam *piscem ex belvarum genere.* m *Videbatur enim gemitus belvæ exire cupientis.*

os fluctus n convertit in terram, agnoviqve terribilem paulo ante & implacabilem Lycam pedibus meis pene subjectum. 9. Non tenui igitur diutius lacrymas, immo percussi semel iterumqve manu pectus: &, Ubi nunc est, inqvam, iracundia tua? ubi impotentia tua? nempe piscibus belluisqve expõsitus es, & qvi paulo ante jactabas vires imperii tui, de tam magna nave ne tabulam qvidem naufragus habes. 10. Ite nunc mortales, & magnis cogitationibus pectora implete. Ite cauti, & opes fraudibus captas per mille annos disponite. 11. Nempe hic proxima luce patrimonii sui rationes inspexit: nempe diem etiam, qvo venturus esset in patriam, animo suo finxit. Dii deæqve, qvam longe à destinatione o sua jacet! 12. Sed non sola mortalibus maria hanc fidem præstant. Illum bellantem arma decipiunt: illum diis vota reddentem penatum suorum ruina sepelit: ille vehiculo lapsus properantem spiritum excussit. Cibus p avidum strangulavit, abstinentem frugali-

n *appellit.* o *proposito.* p *De his medice agit Lot. comm. l. 2, c. 4.*

tas. Si bene calculum q ponas, ubiqve naufragium est. 13. At enim fluctibus obruto non contingit sepultura. Tanqvam interfit periturum corpus qvæ ratio consumat, ignis, an fluctus, an r mora Qvicqvid feceris, omnia hæc eodem ventura sunt. 14. Feræ tamen corpus lacerabunt. Tanqvam melius ignis accipiat. Immo hanc pœnam gravissimam credimus, ubi s servis iratscimur. 15. Qvæ ergo dementia est, omnia facere, ne qvid è nobis relinqvat sepultura? *quando etiam ita de invitis fata statuant* *** 16. Et Lycam qvidem rogus inimicis collatus manibus adolebat: Eumolpus autem dum Epigramma mortuo facit, oculos ad t arcessendos sensus longius mittit. * *

CAP LXXVI. 1. Hoc peracto libenter officio, destinatum a carpimus iter, ac momento temporis in montem sudantes conscen-

q *consideres.* r *mors naturalis. Alii* mare, *sed repugnant* fluctus. *** *connex.* Secundum has considerationes supremo cadaver mandavimus officio s terris *Gons.* t *more meditabundorū.*
a *viam ambulando minuimus. Gons.*

scendimus, ex qvo haud procul impositum arce sublimi oppidum cernimus. 2. nec qvid esset sciebamus errantes, donec à villico b qvodam, c Crotona esse cognovimus, urbem antiqvissimam & aliquando Italiæ primam. 3. Cum deinde diligentius explorarem, qvi homines inhabitarent nobile solum, qvódve genus negotiationis præcipue probarent post attritas bellis frequentibus opes, O d mi inqvit, hospites, si negotiatores estis, mutate propositum, aliudq; vitæ præsidium qværite. 4 Sin autem urbanioris notæ homines sustinetis semper mentiri, recta ad lucrum curritis. 5. In hac enim urbe non literarum studia celebrantur, non eloqventia locum habet, non frugalitas sanctiqve mores laudibus ad e fructum perveniunt, sed qvoscunq; homines in hac urbe videritis, scitôte in duas partes esse divisos. Nam aut f captantur, aut captant. 6. In hac urbe nemo

b qvi villam incolit c Tyrrheniæ urbem, sed h. l. Romam d o mei. e h. e. neqve laudantur neqve præmiis & honoribus remunerantur. f blanditiis & laudibus petuntur, ut hæredes hos adulatores scribant.

liberos g tollit: qvia qvisqvis suos hæredes habet, nec ad scenas, nec ad spectacula admittitur, sed omnibus prohibetur commodis, inter ignominiosos latitat. 6. Qvi vero nec uxores unqvam duxerunt, nec proximas necessitudines habent, ad summos honores perveniunt, id est soli militares, soli fortissimi, atqve etiam innocentes habentur. 7. Videbitis, inqvit, oppidum, tanqvam in pestilentia campos, in qvibus nihil aliud est, nisi cadavera qvæ laceran-tur, aut corvi h qvi lacerant.

* CAP. LXXVII. 1. Prudentior Eumolpus convertit ad novitatem rei mentem, genusqve i divinationis sibi non displicere confessus est. 2. Jocari ego senem poëtica levitate credebam; cum ille, Utinam qvidem sufficeret largior scena, id est vestis humanior, k vestimentum latius, qvod præ-

g hæmi depositos more prisco. h hæredipetæ. Notum adagium: Si vultur es, cadaver expecta, et. vulturius aut corvus p. 282. 283.

i ditationis qvibusdam. k latius, qvod præberet mendacio fidem Antiqvi codd. alii lautius. Leid. cod. instrumentum latius i. e. nitidior supellex. Bosch.

præberet mendacio fidem. 3. Non me hercules l pœnam istam differrem, sed continuo vos ad magnas opes ducerem. 4. Atqvi promitto, qvicqvid exigeret, dummodo placeret m vestis rapinæ comes, & qvicqvid Lycurgi villa grassantibus præbuisset. Nam nummos in præsentem usum Deûm n matrem pro fide sua redditurum. 5. Qvid ergo, inqvit Eumolpus, cessamus o mimum componere? Facite ergo me dominum, si negotiatio placet. Nemo ausus est artem damnare nihil auferentem. 6. Itaqve ut duraret inter omnes tutum mendacium, in verba Eumolpi sacramentum juravimus, p uri, vinciri, verberari, ferroqve necari, & qvicqvid aliud Eumolpus jussisset, tanqvam legitimi gladiatores domino corpora animasqve religiosissime addicimus. 7. Post peractum sacramentum serviliter ficti dominum con-

l πεῖραν vult Douſ. P. h. e. tentamentum, probam. m aivina illa c. LXXIV. n Iſidem, venditaqvippe ejus veſte ac manubiis vide c. 11. o ſimulationem p Sacramentum eſt auctorantium ſe laniſtæ Pith.

salutamus, elatumqve ab Eumolpo filium pariter q condicimus, juvenem ingentis eloqventiæ, & spei. 8. ideoqve de civitate sua miserrimum senem exiisse, ne aut clientes sodalesqve filii sui, aut sepulcrum qvotidie causam lacrymarum cerneret. 9. accessisse huic tristitiæ proximũ naufragium, qvo amplius r vicies sestertiũm amiserit. nec illum jactura moveri, sed destitutum ministerio non agnoscere dignitatem suam. 10. Præterea habere in Africa s trecenties sestertiũm fundis nominibusqve depositum. Nam familiam qvidem tam magnam per agros Numidiæ esse sparsam, ut possit vel Carthaginem capere. 11. Secundum hanc formulam imperamus Eumolpo ut plurimum tussiat, ut sit modo t solutioris stomachi, cibosqve omnes palam damnet, loqvatur aurum & argentum, fundosqve u mendaces, & perpetuam terrarum sterilitatem. 12. Sedeat præterea qvotidie ad rationes, tabulasqve testamenti

q *stipulamus. Erh. condiscimus* r *i. e. vicies centena millia.* s *i. e. trecenties centena millia sesterium vel 750.000. Philippicorum Gons.* t *infirmi & nauseantis.* u *infructuosos.*

menti omnibus diebus x renovet; &, ne qvid scenæ deesset, qvotiescunqve aliqvem nostrum vocare tentasset, alium pro alio vocaret, ut facile appareret, dominum etiam eorum meminisse, qvi præsentes non essent. 13. His ita ordinatis, qvod bene feliciterqve eveniret, precati deos, viam ingredimur. 14. Sed neqve Giton sub insolito y fasce durabat, & mercenarius Corax z detractator ministerii, posita frequentius sarcina maledicebat properantibus, affirmabatqve se aut projecturum sarcinas, aut cũ onere fugiturum: 15. Qvid vos, inqvit, me jumentum putatis esse, aut a lapidariam navem? hominis operas locavi, non caballi; nec minus liber sum, qvam vos, etsi pauperem pater me reliqvit. 16. Nec contentus maledictis, tollebat subinde altius pedem, & strepitu obscœno simul atq; odore viam implebat. 17. Ridebat contumaciam Giton, & singulos strepitus ejus

x resignet. y onere. z pertinax aversator. a qva marmora vehi solent, oneraria dicta.

pari b clamore proseqvebatur, *olfactui ut officeret.* * * *

CAP. LXXVIII. 1. *Sed & hic ad ingenium redux Eumolpus*, Multos, inqvit, ô juvenes, carmen decepit: nam ut qvisqve versum pedibus instruxit, sensumqve teneriorem verborum ambitu intexuit, putavit se continuo in Heliconem venisse. 2. sic c forensibus ministeriis exercitati, freqventer ad carminis tranqvillitatem, tanqvam ad portum faciliorem refugerunt, credentes facilius poëma extrui posse, qvam controversiam sententiolis vibrantibus pictam. 3. Ceterum neqve generosior spiritus vanitatem amat, neqve concipere, aut edere partum mens potest, nisi ingenti flumine literarum inundata. 4. Effugiendum est ab omni verborum, ut ita dicam, vilitate; & sumendæ voces à plebe summotæ, ut fiat,

dODI

b *clangore i. e. sono. D. P.*

c *causarum actione absoluta, qvod Lucanus fecit,* qvare age, *canens*, Calliope, posita gravitate forensi, Limina Pisonis mecum pete. *Qvem notari putant h. l. eruditi. Vel* ministeria *forensia vocat omne* genus declamatorium. *Gron.*

d *ODI profanum vulgus & arceo.* 5. Praterea curandum est, ne sententiæ emineant extra corpus orationis expressæ, sed e intecto vestibus colore niteant. 6. Homerus testis, & Lyrici, Romanusqve Virgilius, & Horatii curiosa felicitas. Ceteri enim aut non viderunt viam, qva iretur ad carmen, aut f versum timuerunt calcare. 7. Ecce, g belli civilis ingens opus qvisqvis attigerit, nisi plenus literis, sub onere labetur. 8. Non enim res gestæ versibus comprehendendæ sunt, qvod longe melius historici faciunt; sed per ambages, deorumq; ministeria, & fabulosum sententiarum tormentum præcipitandus est liber spiritus; ut potius furentis animi vaticinatio appareat, qvam religiosæ orationis sub testibus h fides

* CAP. LXXIX. 1. Tanqvam si placet hic impetus, etsi nondum recepit ultimam i manum. G 6 Or-

d *Horat. od. 1. libr. 3.* e intexto *alii, qvemadmodum aurum intextum vestibus, sic sententiæ orationi.* f *D. P. restituit* visam g *qvod descripsit Lucanus, qvem notare videtur Arbiter Dus.* h *instar testium.* i *emendationem, perfectionem, qvam, & colophonem addere, & ultimam manum appellant.*

Orbem jam a *totum victor Romanus habebat.*
Qua mare, qua terræ, qua sidus currit b *utrumque.*
Nec satiatus erat. Gravidis c *freta pulsa carinis*
d
Jam peragrabantur; si quis e *sinus abditus ultra,*
Si qua foret tellus, quæ fulvum mitteret aurum,
Hostis f *erat, fatisque* g *in tristia bella paratis*
Quærebantur opes, non vulgo nota placebant
Gaudia: non usu plebejo i *trita voluptas.*
Assyria k *concham* l *laudabat miles in unda.*
Quæ

a *Mundum totum* per αὔξησιν. Romanum imperium olim propter magnitudinem sic appellatum. *Ovid. fastor.* II. 68. 69. Romanum est solis utrumque latus. & l. I *Romanis* spatium est urbis & orbis idem. *b* Sol oriens & occidens. *c* maria. *d* navibus onerariis. *e* littora, eaque pro terra. *f* populanda non alia de causa, nisi propter Romanorum avaritiam. *g* voluntate, libidine. *h* quocunque jure. *i* communis, *tracta* aliis. *k* Hesperia coccum l. m. in ora D. P. Gons. vero retinet *Assyria*, quod purpuræ ferax fuerit. *l* purpuram, cujus succo vestes tinguntur.

Quæsitus tellure m *nitor certaverat* n *ostro*
Hinc o *Numidæ* p *crustas, illinc nova* q *vellera* r *Seres,*
Atque Arabum populus sua s *arva.* (*pacis,*
Ecce aliæ t *clades, &* v *læsæ vulnera*
Quæritur in u *silvis Mauris fera: & ultimus*
x *Ammon*
Aforum excutitur, ne desit bellua y *dente*
Ad mortes preciosa suas, premit advena classes
Tigris, & z *aurata gradiens vectatur in aula,*
Ut bibat humanum a *populo plaudente cruorem:*

m color terra qvæsitus tincta lana Gons. Unde sensus: *huic purpura pelagia, alii alius color* placet, stimulante luxu. *n* purpura. *o* Africæ populus. *p* marmora. *q* sericum. *r* populi Scythiæ Asiaticæ, qvi sericum texunt ex arborum lanis. *s* sc. ut aromata mitteret. *t* causa cladis. *v elisæ* alii *u* Africæ *x* populi Lybiæ, colentes Jovem Ammonium. *y* Num? qvo in spectaculis miseros dilaniet? spectante populo? Gons. dentes ferarum in pretio fuisse scribit. Sed qvid si elephantos, ebore commendabiles intelligamus? Sic *ad* significabit *post.* *z* cavea inaurata. *a* in spectaculis.

Heu pudet effari, b *periturag; prodere fata.*
Persarum ritus male c *pubescentibus annis*
Surripuere d *viros; exsectaque viscera ferro*
In venerem fregere: atq; ut fuga mobilis ævi
Circumscripta e *mora* f *properantes differat annos,*
Quærit se natura, nec invenit. omnibus ergo
Scorta placent, fractique enervi corpore gressus,
Et laxi crines, & tot nova nomina vestis,
Quæque virum g *quærunt. Ecce Afris eruta terris,*
Citrea h *mensa, greges servorum,* i *ostrumque renidens*
Ponitur, ac maculis imitatur vilibus aurum,
Quæ k *sensum turbant. hostile ac* l *mobile lignum* (orbis
Tur-

b interitui proxima: alii *paritura.* c vix E. potius; *infelici temporis progressu.* d effœminarunt. *e* cursus ætatis determinatus annorum spatio *f* ætatem progredientem. h e. ut diu pueri viderentur. *g* indicant molles. *h* è citro facta pedibus eburneis, ex Africæ Mauritania allata Gons. *i* purpura lectis instrata, aureis maculis, clavis, stellulis distincta *k censum.* i. e. facultates exhauriunt. *l* citreum sc. Gons. *Quæ turbant sensum, ac male nobile lignum.*

Turba sepulta m *mero circumvenit: omniaq;*
orbis *mis.*
Præmia, correptis miles vagus n *extruit ar-*
Ingeniosa gula est. Siculo scarus æquore mersus
Ad mensam o *vivus perducitur, inde*
p *Lucrinis* (*cœnas,*
Eruta littoribus q *vendunt* r *conchylia*
Ut renovent per damna famem, jam s *Pha-*
fidos unda (*tum*
Orbata est avibus: mutoque t *in littore tan-*
Solæ v *desertis adspirant frondibus auræ.*
Nec minor in x *campo furor est, emptique*
y *Quirites* z
Ad prædam strepitumque lucri suffragia ver-
tunt,
Venalis populus, venalis curia Patrum:
Est

---

m ebria *n* eripit. *o* vide supr. c. 36. *p* è lácu Lucrino in Campania. Aliis *Lucrinus lacus* est mare mortuum, unde ostreæ nobilissimæ allatæ. E. *q* condunt, vel totius cœnæ pretio comparantur Barth. *r* ostreæ. *s* Phasis Fluvius Colchorum est, & urbs ad eundem fluvium, unde aves Phasianæ afferri cœperunt Pompejo M. *Gons.* *t* non canentibus avibus *v* avibus avectis. *x* Martio, ubi comitia *y* pecunia corrupti *z* Romani.

Est favor in precio, senibus quoque libera virtus (testas,
Exciderat, sparsisque opibus conversa a po-
Ipsaque b majestas auro corrupta jacebat.
Pellitur à populo victus c Cato: tristior ille est (toni.
Qui d vicit, fascesque e pudet rapuisse Ca-
Numque hoc dedecus est populi, morumque ruina. (testas
Non homo pulsus erat; sed in uno victa f po-
Romanumq; decus. quare tam perdita Roma
Ipsa sui g merces erat, & sine vindice præda.
Præterea gemino deprensam h gurgite prædã
Fœnoris ingluvies, usuque i exederat æris.
Nulla est certa domus, nullum sine k pignore corpus:
Sed veluti tabes tacitis concepta medullis
Intra membra furens curis l latrantibus erat. (luxu
Arma

a libertas. b magistratus. c tuendæ libertatis causa in exilium actus. d Cadmæa victoria. e præturæ munus. f magistratus aristocraticus. g Romanis Romanam libertatem vendentibus. h mari, mediterraneo & Oceano forsitan Gens. i usura. k qvæ fœneratoribus non sit obærata. l affligentibus.

Arma placent miseris, detritaq; m commoda luxu
Vulneribus n reparantur, inops audacia tuta est.
Hoc mersam o cœno Romam, somnoque jacentem
Quæ poterant artes sana ratione movere,
Ni furor, & bellum, ferroque p excita libido?

CAP. LXXX. *Tres tulerat Fortuna duces; quos obruit omnes*
Armorum strue a diversa feralis b Enyo,
Crassum Parthus c habet: Libyco d jacet æquore Magnus:
Julius ingratam perfudit sanguine c Romam,
Et, quasi non posset tot Tellus ferre sepulcra,
Divisit f cineres. hos gloria reddit honores.
Est locus exciso penitus demersus g hiatu,
Parthenopen h inter, magnæque Dicarchidos arva,
Cocytia i perfusus aqua, nam spiritus extra
Qui

---

m consumta n bellis. Desperatio militem facit o vitiorum. p evocata.

a *diversis bellis.* b *Bellona.* c ibi mortuum. d *Pompejus* in Ægypto Lybiæ vicina, occisus, e Romæ in curia perenitus. f mortuorum. g Vesuvium montem intelligit. Gons. *h* inter Neapolim & Puteolos. i è *Cocyto* fluvio infernali.

Qui furit, effusus k *funesto spargitur* l *æstu.*
Non hæc autumno tellus viret, aut alit herbas
Cespite lætus ager. non verno persona m *cantu*
Mollia discordi strepitu virgulta loquuntur:
Sed n *chaos, & nigro squallentia pumice*
o *saxa*
Gaudent feralicircumtumulata p *cupressu.*
Has inter sedes q *Ditis pater extulit ora,*
Bustorum flammis, & cana sparsa r *favilla,*
Ac tali s *volucrem fortunam voce* t *lacessit:*
Rerum humanarum, divinarumque potestas,
Fors v, *o u inulla placet nimium secura potes-*
tas, (*quis;*
Quæ nova semper amas, & mox possessa relin-
Ecquid Romano sentis te pondere x *victam?*
Nec posse ulterius perituram extollere molem?
Ipsa suas vires odit Romana juventus,
Et quas struxit opes, male y *sustinet, aspice*
late

Lu-

k *nigro.* l *incendio* m non aves cantant n *inane spatium.* o lapides qvippe eructat. p cincta sunt saxa cupressis, funeri & inferno dicatis. q Casu recto. Erh. *Pluto.* Gl. Busch. *diabolus* r faciem sparsam flammis & favilla. s inconstantem. t rogat. v *fortuna*, cujus hic descriptio. x ut nec deprimere possis, nec extollere. y fert. *parta tueri, virtus.*

Luxuriam spoliorum, & censum in damna furentem.
AEdificant z *auro, sedesque ad sidera mittunt.* (arvis;
Expelluntur a *aquæ saxis: mare nascitur*
Et permutata rerum b *statione rebellant.*
En etiã mea c *regna petunt. perfossa dehiscit*
Molibus d *insanis tellus, jam montibus*
e *haustis* (usus,
Antra gemunt: & dum varios lapis invenit
Inferni manes cælum sperare f *jubentur.*
Quare age, Fors, muta pacatum in prælia vultum, (gnis.
Romanosq; g *cie; ac nostris da funera* h *re-*
Jampridem nullo perfundimus ora cruore,
Nec mea i *Tisiphone sitientes perluit artus,*
Ex quo k *Sullano bibit ensis, & horrida tellus*
Extulit in lucem l *nutritas sanguine fruges.*

CAP.

z auream Neronis domum notat. *Sv.* 31 *Gons.* a vide Gons. qvi ista ad Neronem applicat *Sv.* 31. Mihi videtur Arbiter expressisse Horat. od. XV *l* 2. Carm. b contra naturam Barth. c infernum. d ædificiis insanum magnis e è qvibus excisa marmora. f apertis inferis, excisoquippe marmore. g commove. h inferis, ubi manes mortuorum. i furia, vide c. 1. k post bella à Sylla incepta, & ad ejus præturam deducta. l sangvine occisorum fertilis.

CAP. LXXXI. *Hæc ubi dicta dedit, dextræ conjungere* a *dextram*
Conatus, rupto tellurem solvit hiatu,
Tum fortuna levi defudit pectore voces:
O Genitor, cui Cocyti b *penetralia parent,*
Si modo vera mihi fas est impune profari,
Vota tibi c *cedent: nec enim minor ira* d *rebellat (dullas.*
Pectore in hoc, leviorque exurit flamma me-
Omnia, quæ tribui Romanis arcibus, odi;
Muneribusque e *meis iræscor: destruet* f *istas (cordi*
Idem, qui posuit, moles g *Deus &* h *mihi*
Quippe cremare viros, & sanguine i *pascere luxum. (k Philippos,*
Cerno equidem gemina jam stratos morte
Thessaliæq; rogos, & funera gentis l *heræ,*
Et Libyæ cerno & tua, Nile gementia m *claustra, Jam*

---

a fœdus inire. *b* abdita Tartari infernalis *c* succedent. *d* i. e. non minus, quam tu iratscor Romanis. *e* donis fortunæ. *f* divitias *g* fortuna ἐπικοινῶς. h *est* Erh. vel *Etiam i* explere, & in eo voluptatem qværere. *k* Campos Philippicos, ubi Cassius & Brutus cecidere. *l* Hispanorum. *m* Alexandriam & Pelusium, quæ Nili ostia claudunt. *Gons.*

Jam fragor armorum n *trepidantes personat aures.* (*timentes.*
Actiacosque o *sinus, &* p *Apollinis arma*
Pande q *age terrarum sitientia regna tuarum,* (s *Porthmeus*
Atque animas r *arcesse novas. Vix navita*
Sufficiet t *simulacra virûm traducere cymba;*
Classe opus est. tuque ingenti satiare ruina
Fallida u *Tisiphone, concisaque vulnera mande.* (*bis.*
Ad Stygios manes x *laceratus ducitur* y *or-*

CAP. LXXXII. *Vix dum finierat, quum fulgure rupta coruscò*
Intremuit nubes, elisosque abscidit ignes.
Subsidit a *pater umbrarum, gremioque*
b *reducto* (*ictus.*
Telluris, pavitans c *fraternos* d *palluit*
Continuo clades hominum venturaq; damna
Ar-

---

n *crepitantum* legit E. o ob prælium, ad Actium inter Augustum & Antonium Cleopatramqve. p qvi favebat Augusto. q aperi, Pluto. r accipe s Charon, nauta inferorum. t animas. Vide tamen omnino Lex. Cellar. u furia. x factionibus divisus. y Imperium Romanum.

a Pluto. b clauso hiatu. c Jovis. d expavit.

Auſpiciis e *patuere Deum, namque ore*
f *cruento*
Deformis g *Titan vultus* h *caligine texit.*
Civiles i *acies jam tum* k *ſpirare putares.*
Parte alia l *plenos extinxit* m *Cynthia vultq,*
Et lucem n *ſceleri ſubduxit.rupta* o *tonabat*
Verticibus lapſis montis juga, nec vaga paſſim
Flumina per notas ibant p *morientia ripas.*
Armorum q *ſtrepitu cœlum furit, & tuba*
Martem
Sideribus transmiſſa r *ciet; jamque Ætna*
s *voratur* (*mittit.*
Ignibus t *inſolitis, & in æthera fulmina*
Ecce inter tumulos, atque oſſa u *carentia*
buſtis *Ulm-*

---

e juſſu. f ſanguineus apparuit. g ſol h eclipſi. i. Bellum civile. k i. e ſol videbatur ſpirare bellum. l plenilunio. m luna defectum paſſa. n bello civili. o terræ motu. p exareſcentia. Senſus Gonſalio eſt: *Flumina areſcebant, nec vaga ibant per ripas.* Erhardo Goldaſtino v. placet: *Flumina non ibant per i. e. inter notas ripas, ſed vaga effundebantur, hoc ipſo morientia* h. e. formam ſuã perdentia. Rich. q auditus ſtrepit⁹ armorũ, de quo Val. M. l 1. c. de prodigiis. r diducit *tremefacta* Gons s conſumitur. t ſolito majoribus. u non combuſta. De oſten-

to,

Umbrarum x *facies diro stridore minatur.*
Fax y *stellis comitata novis incendia ducit;*
Sanguineoq; z *recens descendit* a *Juppiter imbre.*
Hæc b *ostenta brevi solvit Deus. Exuit omnes*
Quippe moras Cæsar, vindictaque c *actus amore*
Gallica projecit, civilia sustulit arma.
Alpibus d *aëreis, ubi Grajo nomine, vulsæ*
Descendunt e *rupes, &* f *se patiuntur* g *adiri,*
Est locus Herculeis aris sacer. hunc nive dura
Claudit hiems, canoque ad sidera vertice tollit.
Cœlum illinc cecidisse putes. non solis h *adulti*
Mansvescit i *radiis, non verni temporis aura:*

Sed

---

to, quod pugnam Cæsaris & Pompeji antecesit, accepisse se dicit Gons. ut de nondum mortuis, mox morituris sermo sit. In exercitu enim terrores fuere. x spectrum y cometa. z alii *ruens, jovem* pro aëre accipiunt. E. a sangvine pluit. b hactenus recensita *solis v.* 128 *lunæ defectum*, 130 *montium motus* 131. *fluminum excessus* 133. *sonitus armorum in nubibus* 134. *Ætnæ incendium* 135. *spectra* 137. *cometen* 139. *pluviam sangvineam.* 140. c commotus d celsis. e Alpes Grajas. f & Gons. *nec se* g superantur. Alpes transierunt *i.* Hercules 2. Hannibal 3. Cæsar. h meridie i solvitur

Sed glacie concreta rigens, hiemisq; pruinis
Totum k *ferre potest humeris* l *minitantibus orbem.*
Hæc ubi calcavit Cæsar m *juga milite læto,*
Optavitque n *locum summo de vertice montis*
Hesperiæ o *campos late prospexit, & ambas*
Intentans p *cum voce manus ad sidera dixit:*
Juppiter omnipotens, & tu Saturnia q *Tellus*
Armis læta r *meis, olimque onerata triumphis:*
Testor ad has s *acies invitum* t *arcessere Martem,*
Invitas me ferre manus, sed vulnere u *cogor,*
Pulsus ab urbe mea, dum Rhenum sanguine tingo,
Dum Gallos iterum x *Capitolia nostra petentes*
Alpibus y *excludo: vincendo, certior exul:*
Sanguine Germano, sexagintaq; triumphis,

Ecce

---

k Atlantis more. l abruptis & imminentibus. m cacumina. n elegit, militare verbum. o Italiæ p extollens. q Italia E r defensa nimirum. s bellum civile. t Nihil relictum, quod servandæ pacis causa tentari posset. Paterc. II. 49. 4. u injuria. x Romam. y ejicio, ne Italiam adeant.

Esse z *nocens capi, quanquam quos gloria terret,* (a *emptæ,*
Aut qui sunt, qui bella volunt; mercedibus
Ac viles operæ; quorum est mea Roma b *noverca.* (*dextram*
Ut reor, haud impune; nec hanc sine vindice
Vincietignavus, victores ite c *ferentes,*
Ite mei comites, & causſam dicite d *ferro.*
Namq; omnes unum e *crimen vocat: omnibus una*
Impendet clades. reddenda est f *gratia vobis:*
Non solus vici, quare, quia pœna trophæis
Imminet, & sordes g *meruit victoria nostra,*
Judice h *fortuna cadat* i *alea. sumite bellū,*
Et tentate manus. certe mea causſa k *peracta*
Inter tot fortes armatus neſcio vinci. (*est.*
Hæc ubi personuit, de cælo Delphicus l *ales*

z reus, qvia hostes vici. a *mercenarii milites*: contemtim de populo centuriatis comitiis coacto. E. *b* dum eos in capitis periculum projicit. Gons. conf. Paterc l. II. 4,4. *c* frequentes. *d* armata manu respondete. *e* delictum *iron de victoria*. *f* præmium. *g* opprobrium. *h* arbitrio ejus, quæ oderat Romanos. *i* periclitantis est: Es sey gewagt. Vid. Adag. p.228 Cæsaris verba: *omnis jacta sit alea.* Tranq 32 c. k perorata. *l* Aquila. Accipiter Gons. p. 340 seq.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn816945039/phys_0181
DFG

Omina m *læta dedit, pepulitque* n *meatibus auras.*
Nec non horrendi nemoris de parte o *sinistra*
Insolitæ voces flamma sonuere sequenti.
Ipse nitor Phœbi p *vulgato lætior orbe*
Crevit, & aurato præcinxit fulgure vultus.

CAP. LXXXIII. *Fortior omnibus movit*
a *Mavortia signa* (*stus.*
Cæsar; & insolito gressu prior occupat b *hau-*
Prima quidem glacies, & canæ c *juncta pruinæ*
Non pugnavit humus, mitique horrore quievit:
Sed

---

m e dextra parte volans *n* volatu sonoro, quod felix omen. Gons. *o* vox ad sinistram audita & flamma conspecta. In auguriis sinistra bene evenire putantur. *Gons.* *p* radii solis crescunt

a Bellica. *b* vulnera, nam *haurire* est *vulnerare.* c *vincta* restituit Gons. ut sensus sit: *Vincta pruina humus non pugnavit cum hominum gressibus: ast præcedentibus universis turmis & equitatu, cessit ponderi, ligatique nimbi fracti sunt, ac rupta unarum vincula; ipsæ nives liquefactæ montibus altis instar justorum fluminum undabant. Neque diu. Nam gelu obriguere rursus, ut ferro frangenda essent. Quo intermisso lapsi milites, ut arma coacervarentur.*

Sed postquam turmæ d *nimbos fregere ligatos,* (*rupit,*
Et pavidus quadrupes undarum e *vincula*
Incaluere nives, mox flumina montibus altis
Undabant modo f *nata; sed hæc quoque*
g *jussa putares:*
Stabant & victa fluctus stupuere h *pruina:*
Et paullo ante i *lues jam concidenda* k *jacebat.*
Tum vero l *malesida prius vestigia* m *lusit,*
Decepitque pedes passim turmæq; virique,
Armaq; congesta n *strue deplorata* o *jacebant.*
Ecce etiam rigido concussæ p *flumine nubes*
Exonerabantur, q *nec rupto turbine venti*
Decrant; aut tumida r *confractum grandine cælum:*
Ipsæ jam nubes s *ruptæ super arma cadebant,*
Et concreta gelu Ponti velut unda ruebat.

d crustam nivium. *e* glaciem. *f* è nive soluta. *g* justa. Rich. i e. vera flumina, non torrentia. *h* obriguere, congelescebant. *i* soluta aqua. *k* conglaciata, ut concidi posset. *l* lubrica. *m* elusit, ut laberentur. *n* cumulo. *o* membris frigore perditis. *p* borea. *q* pluebat. *r* confarctum E. *s* colliquatio.

Victa erat ingenti Tellus nive, victaque cæli
Sidera, victa suis hærentia flumina ripis:
Nondum Cæsar t *erat: sed magnam nixus in hastam*
Horrida securis frangebat gressibus arva.
Qualis v *Caucasea decurrens arduus arce*
Amphitryoniades x *; aut toruo Juppiter ore,*
Quum se verticibus magni y *demisit Olympi,*
Et perituroru disiecit tela Gigantum.
Dum Cæsar tumidas iratus deprimit z *arces:*
Interea volucer motis conterrita pennis
Fama volat, summique petit juga celsa a *Pa-*
latî: (gna:
Atque hæc b *Romano attonito fert omnia si-*
Jam classes fluitare mari, totasq; per Alpes
Féruere c *Germano perfusas sanguine turmas.*
Arma, cruor, cædes, incendia, totaque bella
Ante oculos volitant. ergo pulsata tumultu
Pectora per dubias d *scinduntur territa*
curas.

Huic

---

t victus sc. v in Caucaso monte conficiens aquilam Promethei jecur depascentem. x Hercules y descendit. z montes. a Palatini montis i. e. Romam. b populo. c ex his etiam aliquos devicerat. d divelluntur consilia, bellumne an exilium expediat, incerta.

Huic fuga per terras, illi magis unda probatur;
Et patriâ est Pontus jam tutior. est, magis arma
Qui temtata velit: fatisque jubentibus actus,
Quantum quisque timet, tantum fugit. ocior ipse
Hos inter motus populus, miserabile visu,
Quo mens e *icta jubet, deserta ducitur* f *urbe.*
Gaudet Roma fuga, debellatique Quirites
Rumoris sonitu mœrentia tecta relinquunt.
Ille manu trepida natos tenet: ille penates
Occultat gremio, deploratumque relinquit
Limen, & absentem g *votis interficit hostem.*
Sunt qui conjugibus mœrentia pectora jungant, (ventus
Grandævosque h *patres: onerisq; ignara juventus*
Id, pro quo metuit, tantum i *trahit. omnia secum* (ducit.
Hic vehit imprudens, prædamque in prælia
Ac velut ex alto quum magnus inhorruit Auster, (stris,
Et pulsas evertit aquas, non arma mini-

e territa vel acta. f fugit. g devotionibus. h exemplo Æneæ, Anchisen portantis i secum portat.

Non k *regimen prodest: ligat alter pondera* l *pinus,* (*rit:*
Alter tuta sinu tranquillaq; littora m *quæ-*
Hic dat vela fugæ, Fortunæque omnia n *cre-*
oit. (*sule* p *Magnus,*
Quid tam parva queror? gemino o *cum Con-*
Ille tremor q *Ponti, sævi quoque terror*
r *Hydaspis,* (t *ovantem*
Et s *piratarum scopulus; modo quem ter*
Juppiter horruerat, quem fracto in gurgite
v *Pontus,*
Et veneratus erat submissa Bosphorus unda,
Pro pudor! Imperii deserto nomine fugit,
Ut Fortuna levis Magni quoque terga x *vi-*
deret.

CAP. LXXXIV. *Ergo tanta* a *lues Di-*
vûm quoque b *numina vidit,*
Con-

---

k gubernaculum *l* malum navis. *m* nando. *n* cedit E. *o* cum C. Claud. Marcello, & L. Corn. Lentulo, consull. Gons. *p* Pompejus. *q* Asiæ regionis, de qua Pompejus triumphum egit. *r* populorum orientalium, in Mithridatico bello interfectorum. Hydaspes enim Indiæ flumen Gons. *s* quos devicit. *t* triumphantem. *u* Thracicum mare, bello Mithridatico navigatum Pompejo. *x* fugam.

a strages. *b* fugientia.

Consensit q; fugæ c *cæli timor. ecce per orbem*
Mitis turba Deûm, terras exosa furentes
Deserit, atque hominum damnatum d *avertitur agmen.*
Pax prima ante alias, niveos pulsata lacertos
Abscondit e *galea victum caput, atq; relicto*
Orbe fugax Ditis petit implacabile regnum.
Huic comes it sincera Fides, & crine soluto
Justitia; ac mœrens lacera f *Concordia Palla.*
At contra, sedes Erebi qua rupta dehiscit,
Emergit late Ditis chorus, horrida g *Erinnys,*
Et bellona h *minax, facibusque armata* i *Megæra:*
Letumque, Insidiæque, & lurida Mortis imago.
Quas inter Furor, abruptis ceu liber k *habenis*
Sanguineum late tollit caput, oraque mille
Pulneribus confossa cruenta casside velat.
Hæret detritus lævâ l *Mavortius* m *umbo,* n

c cœlicolarum fuga consensit cum fuga Pompeji. Gons. d aversatur. e Pax discedens bello relinquit locum. f fœdere inter Pompejum & Cæsarem rupto. g furia infernalis. h flagello. Gons i. furia vid. c. 1. k qvibus vinctus erat pacis tempore. l. siniſtræ manui velut comes. m Martis. n clypeus.

Innumerabilibus telis gravis: atque flagranti
Stipite o *dextra minax terris incendia portat.*
Sentit terra Deos, mutataque p *sidera pondus*
Quæsivere q *suum, namque omnis Regia cæli*
In partes r *diducta ruit: primumque* s *Dione*
Cæsaris acta sui ducit, comes additur illi
Pallas, & ingentem quatiens t *Mavortius hastam:*
Magnum v *cum Phœbo* x *soror, &* y *Cyllenia proles*
Excipit z, *ac totis similis* a *Tirynthius actis.*
Infremuere b *tubæ, ac scisso Discordia crine*
Extulit ad superos Stygium caput, hujus in ore
Concretus sanguis contusaq; lumina flebant.
Stabant c *ærati* d *scabra rubigine dentes;*
Tabo

o lignea face. p à Diis relictum cœlum. q Desideraverunt. Levius visum est absentibus divis r divisa in factiones. s Venus. t Mars. v Pompejum. *Magnaque* alii ineptissime. x Diana. y Mercurius. z sequitur. a Hercules, qui circa Tirynthem Achajæ urbem res magnas gesit. *Pompeji* partes tuiti *Phœbus, Diana, Mercurius, Hercules; Cæsaris* vero *Venus, Pallas* & *Mars*, rationem vide in Gons. comm. p 351. b ingemuere c ære muniti. d aspera: dentes muco abducti.

Tabo e *lingua fluens, o sessa* f *draconibus cra,*
Atque intertorto laceratam pectore vestem
Sanguineam tremulâ quatiebat lampada dextrâ
Hæc ut g *Cocyti tenebras, & Tartara liqvit,*
Alia petit gradiens h *juga nobilis* i *Appennini*
Unde omnes terras, atq; omnia littora posset
Aspicere, ac toto k *fluitantes orbe catervas:*
Atq; has erumpit furibundo pectore voces:
Sumite nunc gentes accensis mentibus arma;
Sumite, & in medias immittite l *lampadas urbes.*
Vincetur quicunque latet: non fœmina cessat,
Non puer, aut ævo jam desolata senectus.
Ipsa tremat Tellus, laceratæque m *tecta rebellent.*

e cruore, crudelitatis periphrasis. f angvibus capillo intortis. Sic furiæ describuntur; *vetulæ caput angvibus cinctæ, sanguineam manu facem gestantes, & flagellum* vid. Delrion. Comm. in Med. Sen. v. 14. E. g fluvii infernalis. h verticem. i montis Italiæ. k discurrentes. l incendia. m in seditiones ruant.

Tu legem n *Marcelle tene: tu* o *concute plebem* (*Martem.*
Curio p, *tu fortem ne supprime* q *Lentule*
Quid porro tu r *Dive tuis cunctaris in armis?* (*vis,*
Non frangis portas? non muris s *oppida sol-*
Th[e]*sauros*[que] *rapis? nescis tu Magne* t *tueri*
Romanas acies? Epidauria v *mœnia quære,*
Thessalicosque x *sinus humano sanguine tinge.*
Factum est in terris, quicquid Discordia jussit.

* Cum hæc Eumolpus ingenti volubilitate verborum effudisset, tandem Crotona intravimus: ubi qvidem parvo diversorio refecti, postero die amplioris fortunæ domum qværentes incidimus in turbam ϒ hæredipetarum, sciscitantium qvod genus homi-

n Consul à partibus Pompeji, qui Cæsari successores in Galliam misit, unde disidii civilis initium Gons o ad seditiones move. p Tribunus plebis. q Collega Marcelli. r Cæsar, de pace cogitans s concutis t Pompei. u Epidamnia. Durrachium, quæ Epiri civitas fuit, confugit Pompejus. x quibus Pharsalici campi propinqui, à Pharsalica clade notissimi. ϒ hæreditatibus inhiantium.

minum, aut unde veniremus. 2. Ex [z] præscripto ergo consilii communis, exaggerata verborum volubilitate, unde, aut qvi essemus, haud dubie credentibus indicavimus. 3. Qui statim [a] opes suas summo cum certamine in Eumolpum congesserunt: certatim omnes muneribus [b] gratiam Eumolpi sollicitant. * *

CAP. LXXXV. Dum hæc magno tempore Crotone aguntur, & Eumolpus felicitate plenus prioris fortunæ esset oblitus statum, adeo ut suis jactaret, neminem gratiæ suæ ibi posse resistere, impuneqve suos, si qvid deliqvissent in ea urbe, beneficio amicorum laturos. 2. Ceterum ego, etsi qvotidie magis magisqve superfluentibus bonis saginatum corpus impleveram, putabamqve à custodia mei removisse [c] vultum fortunam: tamen sæpius tam consuetudinem [d] meam cogitabam, qvam cautam &, 3. Qvid, ajebam, si callidus [e] captator exploratorem in Africam miserit,

z vid. c LXXVII. *a* dona. *b* benevolentiam de hæreditate impetranda. * * connex. *Et* c *conspectum*, d *felicem*, e *hæredipeta*

mendaciumqve deprehenderit noſtrum? 4. Qvid ſi etiam mercenarius *f* præſenti felicitate laſſus, indicium ad amicos detulerit, totamqve fallaciam invidioſa proditione detexerit? 5. Nempe rurſus fugiendum erit, & tandem expugnata paupertas nova mendicitate revocanda. *Dii* deæqve *g* qvam male eſt extra legem viventibus! qvicqvid meruerunt, ſemper expectant. * *

Cap. LXXXVI. 1. Qvia noſti *a* Venerem tuam, ſuperbiam captas, vendisqve amplexus, non commodas. 2. Qvo enim ſpe-

f tonſor Corax. g Gnome. Plautus: Nihil miſerius, quam animus hominis conſcius. *E* ** *nonnex.* Animo hæc volvens domo egredior triſtiſſimus, liberiori aëre mentis recreandæ cauſâ. Sed ambulationem publicam vix intraveram, cum haut inculta puella obviam venit, meqve (*Encolpium*) vocans Polyænum (πολύαιν ☞ glorioſus, multum laudatus, *it.* garrulus *vertitur; eo nomine Ulyſſem ſæpe appellat Homer. Gons.*) declaravit Dominam ſuam rogare, ut ſibi mecum liceret loqui. Falleris inqvam, ſervus ſum extraneus; Ad teipſum, inqvit, juſſa ſum, ſed

a gratiam

spectant flexæ pectine comæ? qvo facies
b medicamine attrita, & oculorum qvoqvo
mobilis petulantia? qvo incessus tute
c compositus; & ne vestigia qvidem pedum
extra mensuram aberrantia, nisi qvod for-
mâ prostitutis, ut vendas? 3. Vides me, nec
auguria novi, nec d Mathematicorum
cælum curare soleo: ex vultibus tamen ho-
minum mores colligo, & cum spatiantem
vidi, qvid cogites, scio. 4. Sive ergo no-
bis vendis, qvod peto, mercator paratus est:
sive, qvod humanius est, commodas, effice
ut beneficium debeam. 5 Nam qvod ser-
vum te & humilem fateris, accendis desi-
rium e æstuantis. Qvædam enim fæ-
minæ f sordibus calent. nec libidinem
concitant, nisi aut servos viderint aut g sta-
tores altius cinctos. 6. harena h aliqvas
accendit, aut perfusus pulvere i mulio,

b *fuco.* c *delicatus.* d *Chaldæorum, qui ex positu siderum, lineamentis vultus augurantur.* e *deamantis.* f *sordidos amant,* g *servos janitores* h *arenarii, luctatores.* i *mulorum doctor, pulvere obsitus. W. Legit* pulvere multo *scil.* luctator. *Palæstritæ enim pulvere aspergebant, ut melius comprehenderent adversarium.*

aut hiſtrio ſcenæ k oſtentatione l tra-
ductus. 7. Ex hac nota domina eſt mea,
usqve ab orcheſtra m qvatuordecim
n tranſilit, & in extrema plebe qværit qvod
diligat. 8. Itaqve oratione blandiſſima
plenus Rogo, inqvã, numqvid illa qvæ me
amat, tu es? Multum riſit ancilla poſt tam
frigidum o ſcema, & Nolo, inqvit, tibi
tam valde placeas: ego adhuc ſervo nun-
qvam ſuccubui, nec hoc dii ſinant, ut am-
plexus meos q in crucem mittam. 9. Vi-
derint matronæ, qvæ flagellorum r veſti-
gia oſculantur: ego, etiam ſi ancilla ſum,
nunqvam tamen niſi in eqveſtribus ſedeo.
10 Mirari eqvidem tam diſcordem libidi-
nem cœpi, atqve inter s monſtra nume-
rare, qvod ancilla haberet matronæ ſuper-
biam,

k *ſimulatione* l *infamia notatus.* m *ſubſelliis ſenatorum, ludos ſpectantium.* n *gradus. Poſt orcheſtram erant Eqveſtria, ſubſellia Eqvitibus aſſignata, qvatuordecim graduum, tandem magnum ſpatium plebi aſſignatum. Gons.* o *Veſtimenti genus minus æſtivum. Gl.* p *Forte de geſtu minus amabili Polyæni.* q *amem ſervum. Crux ſervile ſupplicium. Gons* r *Servos flagellis cæſos.* Diaſyrmis plena hic omnia. s *abſurda.*

biam, & matrona ancillæ humilitatem. 11. Procedentibus deinde longius jocis, rogavi ancillam, ut in t platanona produceret dominam. 12. Placuit puellæ consilium, itaqve collegit altius tunicam, flexitqve se in eum v daphnona, qvi ambulationi x hærebat. nec diu morata, dominam producit è latebris, lateriqve applicat meo mulierem omnibus simulacris emendatiorem. 13. Nulla vox est, quæ formam ejus possit comprehendere: nam qvidqvid dixero, minus erit. 14. Crines y ingenio suo flexi, per totos se humeros effuderant: frons minima, & quæ z radices capillorum retro a flexerat: supercilia usq; ad malarum b strictūram currentia, & rursus confinio luminum pene c permixta: oculi clariores stellis extra d lunam fulgentibus: nares paululum inflexæ: & oscu-

t *locum platanis consitum.* u *Lauretum, lauris consitum.* x *ambulacro proximus erat Sc. S* y *naturâ.* z *ut appareret, non emtos sed veros esse crines.* a auffgepuffte Haar. *Sir. Sc.* b *proprie scintilla è ferro ignito.* c *coëuntia.* d *in novilunio lunæ splendor astra proxima velut extinxit.*

oſculum, qvale e Praxiteles habere Dianam credidit. 15. Jam mentum, jam cervix, jam manus, jam pedum candor intra auri gracile f vinculum poſitus, g Parium marmor exſtinxerat. 16. Itaqve tunc primum h Dorida vetus amator contempſi.

Qui factum eſt, quod tu projectis Jupiter armis,
Inter cælicolas i fabula muta taces?
Nunc k erat à torua ſummittere cornua l fronte,
Nunc pluma m canos diſſimulare tuos.
Hæc vera eſt n Danaë, tenta modo tangere corpus; (fluent.
Jam tua flammifero membra o calore

Cap. LXXXVII. 1. Delectata illa riſit tam blandum, ut videretur mihi plenum os extra nubem Luna proferre. 2. Mox digitis.

c *ſtatuarius inſignis.* f *lorum, corrigias ſcandalorum inauratas.* g *candidiſſimum.* h *Nympha eſt, hic puella amata.* i *de cujus amore antea fabulabantur, nunc friges.* k *tempus* l *mutari in taurum.* m *mutari in cygnum.* n *Filia Acriſii à patre turri incluſa, ſed à Jove ſpecie imbris aurei decepta, vide Gons.* o *imbre aureo.*

tis a gubernantibus vocem, Si non fastidis, inqvit, fæminam ornatam, & hoc primum anno virum expertam, concilio tibi, ô juvenis, sororem. 3. habes tu qvidem & fratrem, neqve enim me piguit inqvirere: sed qvid prohibet & sororem adoptare? eodem gradu venio: tu tantum dignare & meum osculum, cum libuerit, agnoscere. 4. Immo, inqvam ego, per formam tuam te rogo, ne fastidias hominem peregrinum inter cultores admittere: invenies religiosum, si te adorari permiseris. 5. Ac, ne me judices ad hoc templum amoris gratis accedere, dono tibi fratrem meum. 6 Qvid, inqvit illa, donas mihi eum, sine qvo non potes vivere; ex cujus osculo pendes: qvem sic tu amas, qvemadmodum ego te volo? 7. Hæc ipsa cum diceret, tanta gratia conciliabat vocem loqventis, tam dulcis sonus pertemtatum mulcebat aëra, ut putares inter auras canere Sirenum b concordiam.

a *gesticulatione ad sermonem accommodata.* Cæteræ partes, *inqvit Fabius l. XI. c.* 3. loqventem adjuvant, hæc manus, prope est, ut dicam, *ipsa loqvuntur.* b *harmoniam. Argute: nam sirenum*

diam. Itaqve miranti, & toto mihi cælo clariq; nescio qvid relucente, libuit deæ nomen qværere. 9. Ita, inqvit, non dixit tibi ancilla mea, me c Circen vocari? non sum qvidem Solis d progenies; nec mea mater, dum placet, labentis mundi e cursum detinuit: habeo tamen qvod cælo imputem, si nos fata conjunxerint. 10. Imo jam nescio, qvid tacitis cogitationibus deus agit: nec sine causa Polyænon Circe amat. Semper inter hæc nomina magna fax surgit. 11. Sume ergo amplexum, si placet. neqve est qvod curiosum aliqvem extimescas, longe ab hoc loco frater est. 11. Dixit hæc Circe, implicitumqve me brachiis mollioribus pluma, deduxit in terram vario gramine indutam.

Idæo f quales fudit de vertice flores
Terra parens, cum se g confesso junxit amori
Juppiter, & toto concepit pectore flammas:
Emi-

num cantus qvos capit, decipit. c *Circe olim fuit filia Solis & Perſæ Nymphæ, qvæ homines propius accedentes in beſtias mutabat exemplo ſociorum Ulyſſis.* d *filia.* e *ſolis, Perſen Nympham amantis.* f *montis Idæ, vid. Hom. l. 14 Iliad.* g *Junonis, Conjugis.*

Emicuere h *rosæ, violæque, & molle* i *cyperon,*
Albaque de viridi riserunt lilia prato:
Talis humus Venerem molles clinavit in herbas,
Candidiorque dies secreto favit amori.

13. In hoc gramine pariter compositi mille osculis lusimus, qværentes voluptatem robustam. * *

CAP. LXXXIIX. 1 Qvid est, inqvit, numqvid te osculum meum offendit? numqvid spiritus jejunio a macer? numqvid b alarum negligens sudor? Puto, si hæc non sunt, numqvid Gitona times? 2. Perfusus ego rubore manifesto, etiam si qvid habueram virium perdidi, totoqve corpore velut laxato, Qvæso, inqvam, Regina, noli fuggillare miserias: veneficio contactus sum. *

3. Dic Chrysis, sed verum, numqvid c indecrevere. i Rosmarinus. Gl.

a fœtidus. b humeri, alias epomis. Causam explicat Lot. comm. l. 2 c. 9. * E. connex Circe ad ancillam: c deformis.

decens sum? numqvid incompta? numqvid ab aliqvo naturali vitio formam meam d excæco? noli decipere dominam tuam: nescio qvid peccavimus. 4. Rapuit deinde tacenti speculum, &, postqvam omnes vultus e temtavit, qvos solet inter amantes risus f frangere, excussit g vexatam solo vestem, raptimqve ædem Veneris intravit. 5. Ego contra damnatus, & qvasi qvodam visu in horrorem perductus, interrogare animum meum cœpi, an vera voluptate fraudatus essem.

Nocte soporifera velut i cum somnia ludunt
Errantes oculos, effossaque protulit h *aurum*
In lucem tellus, i *versat manus improba furtum,*
Thesaurosque rapit, sudor quoq; perlnit ora,
Et mentem timor altus habet, ne forte gravatum
Excutiat gremium secreti conscius auri.
Mox ubi fugerunt elusam gaudia mentem,
Veraque forma redit, animus, quod perdidit, optat,

At q3

d *deformem reddo.* e *consilium, censuram formæ à speculo petit.* f *blandos reddere.* g *pulvere repersam Gl.* h *thesaurum.* i *contrectat.*

Atq; in præterita se totus imagine versat. ** 6. Itaqve hoc nomine tibi gratias ago, qvod me [k] Socratica fide diligis. Non tam intactus Alcibiades in præceptoris sui lectulo jacuit. * * *

CAP. LXXXIX. 1. Crede mihi frater, non intelligo me virum esse, non sentio. funerata est pars illa corporis, qva qvondam Achilles eram. * *

2. Veritus puer, ne in secreto deprehensus daret sermonibus locum, proripuit se, & in partē ædium interiorem fugit. * * 3. Cubiculum autem meum intravit Chrysis, [a] codicillosqve mihi dominæ suæ reddidit, in qvibus hæc erant scripta: Si libidinosa essem, qvererer decepta: nunc etiam languori tuo gratias ago. 5. In umbra voluptatis diutius lusi. qvid tandem agas, qværo, & an tuis pedibus perveneris domum. negant enim medici sine nervis homines ambulare posse. 6. Narrabo tibi adolescens, paralysin cave. nunqvam ego ægrum tam

** *Connex.* Gitona ad Encolpium. k *honesta.*
*** *connex.* Polyænos excipit.
a *literas.*

tam magno periculo vidi, mediusfidius jam periſti. Qvod ſi idem frigus genua manusqve tentaverit tuas, licet ad tubicines b mittas 7. Qvid ergo eſt? etiam ſi gravem injuriam accepi, homini tamen miſero non invideo medicinam. Si vis ſanus eſſe, Gitonem roga: recipies inqvam nervos tuos, ſi triduo ſine fratre domieris. 8. nam qvod ad me attinet, non timeo neqvis inveniatur, cui minus placeam. nec ſpeculum mihi, nec fama mentitur. Vale ſi potes. 9. Ut intellexit Chryſis me perlegiſſe totum convitium: Solent, inqvit, hæc fieri, & præcipue in hac civitate, in qva mulieres etiam c Lunam deducunt. * 10. Itaqve hujus qvoqve rei cura agetur: reſcribe modo blandius dominæ, animumqve ejus candida humanitate reſtitue. verum enim fatendum eſt, ex qva hora injuriam accepit, apud ſe non eſt. 11. Libenter qvidem parui ancillæ, verbaqve codicillis talia impoſui:

Cap.

b *cogites de exeqviis. W.* c *incantationibus ſtupenda moliuntur. Hor. Epod. 5 45. qvæ, Canidia, ſidera, ex cantata voce Theſſala lunamqve cœlo deripit.*

CAP. XC. 1. Polyænos Circæ salutem: Fateor me, domina sæpe peccasse: nam & homo sum, & adhuc juvenis: nunqvam tamen ante hunc diem usqve ad mortem [d] deliqvi. 2. Habes confitentem reum. qvicqvid jusseris merui. proditionem feci, hominem occidi, templum violavi. 3. In hæc facinora qvære supplicium. Sive occidere placet, [e] ferro meo venio: sive verberibus contenta es, curro nudus ad dominam. 4. Illud unum memento, non me sed instrumenta peccasse. paratus miles arma non habui. qvis hæc turbaverit, nescio: forsitan animus anteceſſit corporis moram. forsitan dum omnia concupisco, voluptatem tempore consumpsi. non invenio qvod feci. 5. Paralysin tamen cavere jubes, tanqvam jam major fieri possit, qvæ abstulit mihi, per qvod etiam te habere potui 6. Summa tamen excusationis meæ hæc est: Placebo tibi, si me culpam emendare permiseris. * 7. Dimissa cum ejusmodi pollicitatione Chrysíde, curavi diligentius noxiosissimum corpus, balneoqve præte-

d *scelus commissi supplicio dignum.* e *gladio.*

præterito, modica unctione usus, mox cibis validioribus pastus, id est, f bulbis, cochlearumque sine jure cervicibus, hausi parcius merum. 8. hinc ante somnum levissima ambulatione compositus sine Gitone cubiculum intravi. Tanta erat placandi cura, ut timerem, ne latus meum frater convelleret.

CAP. XCI. 1. Postero die, cum sine offensa g corporis animiqve consurrexissem, in eundē h platanona descendi, etiam si locum inauspicatum timebam, cœpiqve inter arbores ducem itineris expectare Chrysidem. 2. Nec diu spatiatus consederam, ubi hesterno die fueram, cum illa intervenit, comitem aniculam trahens. Atqve, ut me consalutavit; 3. Qvid est, inqvit, i fastose, ecqvid bonam mentem habere cœpisti? Illa k de sinu l licium protulit varii coloris filis intortum, cervicemqve vin-

f *bulbi sunt radices rotundæ Vid. Lot. comm. l. 2. c. 11.*

g *ægritudinis expers.* h *platanetum.* i *superbæ.* k *anicula* l *tænias, fila variis coloribus contexta, qvorum vis in magicis.*

vinxit meam. 4. Mox turbatum sputo pulverem medio fustulit digito, frontemqve repugnantis signavit. 5. hoc peracto m carmine, ter me jussit expuere, terqve lapillos conjicere in sinum, qvos ipsa præcantatos purpura involverat, admotisqve manibus tentare cœpit inguinum vires. 6. Dicto citius nervi paruerunt imperio, manusqve aniculæ ingenti motu repleverunt. 7. At illa gaudio exultans, Vides, inqvit, Chysis mea, vides, qvod alis leporem excitavi. *

Dum vivis, sperare licet: tu rustice custos
Huc ades, & nervis tente Priape fave.
** Nobilis æstivas platanus diffuderat umbras,*
Et n circumtonsæ trepidanti vertice pinus,
Et baccis redimita o daphne tremulæque cupressus.
Has inter ludebat aquis errantibus amnis
Spumeus, & querulo versabat rore lapillos.
Dignus amore locus. testis silvester p Aëdon
Atque urbana q Progne: quæ circum gramina fusæ

m *incantamento.* n *præcisis ramis ornatus causa.* o *laurus.* p *luscinia.* q *hirundo.*

Et molles violas, cantu sua rura colebant.

8. Premebat illa resoluta marmoreis cervicibus aureum torum, myrtoq; florenti r qvietum verberabat. 9. Itaqve ut me vidit, paullulum erubuit, hesternæ scilicet injuriæ memor, deinde ut remotis omnibus secundum invitantem consedi, ramum super oculos meos posuit, & qvasi pariete interjecto audacior facta, Qvid est, inqvit, paralytice, ecqvid hodie totus venisti? 11. Rogas, inqvam ego, potius qvam tentas? totoqve corpore in amplexum ejus immissus, non precantis usqve ad satietatem osculis fruor. * *

CAP. XCII. 1. Ipsa corporis pulchritudine me ad se vocante trahebat ad Venerem. jam pluribus osculis collisa labra crepitabant. 2. jam implicitæ manus omne genus ambitu amoris invenerant: jam alligata mutuo ambitu corpora, animarum qvoqve mixturam fecerant. * *

3. Manifestis matrona contumeliis verberata, tandem ad ultionem decurrit, vocatq; cubicularios, & me jubet a catorogare.

4 Nec

r *torum.*

a *producere ad plagas. Gons.*

4. Nec contenta mulier tam gravi injuria mea, convocat omnes b qvasillarias, familiæqve sordidissimam partem, ac me conspui jubet. 5. Oppono ego manus oculis meis, nullisqve precibus effusis, qvia sciebam qvid meruissem, verberibus sputisqve extra januam ejectus sum. 6. Ejicitur & c Proselenos, Chrysis vapulat, totaqve familia tristis inter se mussat, qværitqve qvis dominæ hilaritatem confuderit. * *

7. Itaqve pensatis d vibicibus animosior verberum notas arte contexi, ne aut Eumolpus contumelia mea hilarior fieret, aut tristior Giton. 8. Qvod solum igitur salvo pudore poteram confingere, e languorem simulare cœpi, conditusqve lectulo, totum ignem furoris in eam converti qvæ mihi omnium malorum caussa fuerat.

Ter corripui terribilem manu f bipennem,
Ter languidior coliculi repente thyrso,

b *qvæ lanas texunt* Spinnerinn. c *saga amicula, circes ancilla, sic dicta, quasi* antelunaris *Arcades alias* Proseleni *Gons. præl.* 24 d vibicibus i. e. *vulnera penso texi Sc. Sir.* e *morbum.* f *securim utrinqve stringentem.*

Ferrum timui, quod trepido male dabat usum:
Nec jam poteram, quod modo conficere libebat.
Namque illa metu frigidior rigente bruma,
Confugerat in viscera mille operta rugis.
Ita non potui supplicio caput aperire;
Sed furciferæ mortifero timore lusus,
Ad verba, magis quæ poterant nocere, fugi.

9. Erectus igitur in cubitū, hac fere oratione contumacem vexavi: Qvid dicis, inqvam, omnium hominum deorumqve pudor? nam nec nominare qvidem te inter res serias fas est. 10. Hoc de te merui, ut me in cælo positum ad inferos g traheres? ut traduceres annos primo florentes vigore, senectæqve ultimæ mihi lassitudinem imponeres? 11. Rogo te, mihi h apodixin defunctoriam redde. Hæc ut iratus effudi;

Illa solo fixos oculos aversa tenebat:
Nec magis incepto vultum sermone movetur,
Quam lentæ salices, lassove papavera collo.

12. Nec minus ego tam fœda objurgatione finita, pœnitentiam agere sermonis mei cœpi, secretoqve rubore perfundi, qvod oblitus

g *infelicem redderes.* h *libellum, quo ostenditur, aliqvem mortuum esse.*

tus verecundiæ meæ, cum ea parte corporis verba contulerim, qvam ne ad cognitionem qvidem admittere severioris notæ homines solent. 13. Mox perfricata diutius fronte, Qvid autem ego, inqvam, mali feci, si dolorem meum naturali convitio exoneravi? aut qvid est, qvod in corpore humano ventri maledicere solemus, aut gulæ, capitiqve etiam cum sæpius dolet? qvid? num & Ulyxes *i* cum corde litigat suo? 14. Et qvidem tragici *k* oculos suos tanqvam audientes castigant? Podagrici pedibus suis maledicunt, chiragrici manibus, lippi oculis; & qvi offenderunt sæpe digitos, qvicqvid doloris habent, in pedes deferunt.

Quid me l constricta spectatis fronte Catones,
Damnatisque novæ simplicitatis opus?
Sermonis puri non tristis gratia ridet,
Quodque facit populus, candida lingua refert.
Nam quis concubitus Veneris, quis gaudia nescit?
Quis vetat in tepido membra calere toro?

i cum corde agitans consilia, de qvibus Odyss. 20. libr. v. 14. seqq. k per apostrophen oculos allocuti. l severa.

Ipse m *pater veri doctus Epicurus in arte*
Jussit, & hoc vitam dixit habere n *telos.*

15. Nihil est hominum inepta persuasione falsius, nec ficta severitate ineptius.

CAP. XCIII. 1. Hac declamatione finita Gitona voco, &, Narra mihi, inqvam, frater, sed tua fide; ea nocte, qva te mihi Ascyltos subduxit, usqve in injuriam vigilavit: an contentus fuit vidua pudicaque nocte? Tetigit puer a oculos suos, b concepitissimisqve juravit verbis, sibi ab Ascylto nullam vim factam *Utut res haberet, spem vultu simulavi,* * *

positoqve in limine genu, sic deprecatus sum numina versu:

Nympharum c *Bacchique comes, quem pulcra* d *Dione*
Divitibus silvis numen dedit, inclyta paret
Cui Lesbos, viridisque Thasos, quem Lydus adorat c *Divi-*

---

m ordo: Ipse pater Epicurus, doctus in arte veri Gons. n interitum jussit sc. contemnendos Censores, vivendumque genialiter, cum animæ reant, alii hanc vitam dixit habere Deos.

a ut per eos juraret. Gons. b certa verborum formula, qvam is juraturo præit, qui juramentum defert Gl. * * connex. Egreditur Polyænos Priapum exoraturus. c Priape. d Venus.

e *Vestifluus, templumque tuis imponit* f *hypæpis:* (*voluptas,*
Huc ades, & Bacchi tutor, g *Dryadumque*
Et timidas admitte preces: non sanguine tristi
Perfusus h *venio; non* i *templis impius hostis*
Admovi dextram: sed inops, & rebus egenus
Attritus, facinus non toto corpore feci.
Quisquis peccat inops, minor est reus. Hac pre-
ce quæso
Exonera k *mentem, culpæque ignosce minori.*
Et quandoque mihi fortunæ arriserit hora,
Non sine honore tuum patiar decus: ibit l *ad*
aras,
Sancte, tuas hircus pecoris pater: ibit ad aras
Corniger m, *& querulæ fœtus* n *suis, hostia*
lactens. (*ovantem*
Spumabit pateris o *hornus liquor, & ter*
Circa delubrum gressum feret p *ebria pubes.*

e *alias* septifluus. *Cæterum vestes Lydorum erant* t*fluxæ.* E. Septifluus *v. Nilo convenit.* f *Hypæpa Lydiæ oppidum Veneri & Priapo sacrum.* g *Dryades Nymphæ silvarum.* h *homicida.* i *sacrilega* k *placari patere.* l *immolabo hircum.* m *aries.* n *porcus lactens.* o *vinum.* p *Salii sacerdotes.*

4. Cum hæc ago, solertiqve cura depositomeo caveo, intravit delubrum anus laceratis crinibus, nigraqve veste deformis; extraqve vestibulum me injecta manu duxit *cuncta trementem* * §. Qvæ *q* striges comederunt nervos tuos? aut qvod *r* purgamentum in nocte calcasti in trivio aut cadaver? Nec à puero qvidem te vindicasti: sed mollis, debilis. lassus, tanqvam caballus *s* in clivo, & operam & sudorem perdidisti; nec contentus ipse peccare, mihi deos iratos *t* excitasti, *ac pœnas mihi nullas dabis?* *

CAP. XCIV. 1. Ac me iterum in cellam sacerdotis nihil recusantem perduxit, impulitqve super lectum, & *a* harundinem ab ostio rapuit: iterumqve nihil respondentem *b* mulcavit. 2. ac nisi primo ictu harundo qvassata verberantis impetum minuisset, forsitan etiam brachia mea, caputqve fregisset. 3. Ingemui ego, utiqve propter mascarpionem, lacrymisq; uber-

* *connex.* inquit *post* striges. q *aves nocturnæ.* r *quisquilias, quas calcare superstitiosis inaspicatum. Sc. S.* s *equus debilis* t *extricasti alii.* a *virgam, janitoris baculum.* b *percussit.*

ubertim manantibus obscuratum dextra caput super pulvinum inclinavi. 4. Nec minus c illa fletu confusa altera parte lectuli sedit, ætatisqve longæ moram tremulis vocibus cœpit accusare, donec intervenit d sacerdos: Qvid vos, inqvit, in cellam meam tanqvam ante recens e bustum venistis? utiqve die feriarum, qvo etiam lugentes rident? 6. O, inqvit, ô ſ Enothea, hunc adolescentem qvem vides, malo astro natus est: nam neqve puero, neqve puellæ bona sua vendere potest. 7. Nunqvam tu hominem tam infelicem vidisti: lorum in aqva, non inguina habet. Ad summam, qvalem putas esse, qvi de Circes toro sine voluptate surrexit? 8. His auditis Enothea, inter utrumqve consedit, motoqve diutius capite; Istum, inqvit, morbum sola sum qvæ emendare scio. 9 Et ne putetis perplexe agere, rogo ut adole-

c *Enothea.* d *Proselenos.* e *ubi exequiæ fiunt.* Culinam circumscribere videtur h e. loca quædam sub urbe inopum funeribus destinata, ubi sepulchrales epulæ comburebantur, ut cibum è flammapetentes objurget. *D. W.* p. 254. f *anus & sacerdos Priapi pro* Oenothea bibace.

*f*centulus mecum nocte dormiat, nisi illud
tam rigidum reddidero qvàm cornu.
Quicquid in orbe vides, paret mihi: florida tellus,
Cum volo, spissatis arescit languida succis:
Cum volo, fundit opes, scopulique atque horrida saxa
Niliacas jaculantur aquas, mihi pontus inertes
Submittit fluctus: zephyrique tacentia ponunt
Antemeos sua g *flabra pedes. mihi flumina parent,*
Hircanæque tygres, & jussi stare dracones.
Quid leviora loquor? Lunæ h *desiendit imago*
Carminibus deducta meis, trepidusq; furentes
Flectere Phœbus equos revoluto cogitur orbe.
Tantum dicta valent. Taurorum i *flamma quiescit*
Virgineis exstincta sacris. Phœbëia Circe
Carminibus magicis socios mutavit Ulyxis:
Proteus k *esse solet, quicquid libet. his ego callens*

Arti-

g *quiescunt venti.* h *de incantationibus istis vide c. 89* i *Colchicorum, ignem spirantium, quos Medæa veneficiis suis Jasoni parere coëgit, ut vellus aureum auferret. L. 1. l. 2 c. 13. comm.* k *mutabile.*

Artibus Idæo frutices in gurgite 1 *sistam,*
Et rursus fluvios in summo vertice ponam.

CAP. XCV. 1. Inhorrui ego tam fabulosa pollicitatione conterritus, anumqve inspicere deligentius cœpi. 2. Ergo exclamat, ô Enothea, imperio para te: deterfisqve *a* curiose manibus, inclinavit se in lectulũ, ac me semel iterumqve basiavit. 3. Enothea mensam veterem posuit in medio altari, qvam vivis implevit carbonibus & *b* camellam etiam vetustate ruptam pice temperata refecit. 4. Tum clavum, qvi detrahentem secutus, cum camella lignea fuerat, fumoso parieti reddidit: mox incincta qvadrato *c* pallio *d* cucumam ingentem foco apposuit; simulqve pannum de *e* carnario detulit furca, in qvo faba erat ad usum reposita, & *f* sincipitis vetustissima particula mille plagis dolata. 5. Ut solvit ergo licio pannum, partem leguminis su-

I 6 per

1 *mari profundissimo.*

a lotis. b *vas incurvum, in modum cameræ formatum.* c *veste viris mulieribusque communi.* d *ahenum.* e *tabula erat cum pluribus uncinis, quibus succidiæ, carnes, suspendi consueverant.* f *sulli.*

per mensam effudit, jussitqve me diligenter purgare. Servio ego imperio, granaqve sordidissimis putaminibus vestita curiosa manu segrego. 6. At illa inertiam meam accusans improba tollit, dentibusqve folliculos pariter spoliat, atqve in terram veluti muscarum imagines despuit. 7. Mirabile qvidem paupertatis ingenium singularumqve rerum qvasdam artes fames edocuit.

Non g *Indum fulgebat ebur, quod inhæserat*
auro,
Nec jam calcato radiabat marmore terra
Muneribus delusa suis: sed crate saligna
Impositũ Cereris vacuæ nemus, & h *nova terræ*
*Poc*ula *quæ facili vilis rota finxerat actu.*
Hinc mollis stillæ i *lacus,* & *de caudice lento*
Viminea k *lances, maculataq; testa* l *Lyæo:*
At paries circa palea satiatus inani,
*Fr*tuitoq; *luto: clavus numerabat* m *agrestis,*
Et viridi junco gracilis pendebat n *harundo.*

Præ-

* connex Casa illius verum erat paupertatis sacrarium. g stramine tecta casa describitur, quales rusticorum. h ficalia. h cisterna, confluvio stillæ facta. k lances lingneæ. l vino. m rusticus. n tectum rusticæ casæ.

Præterea quæ fumoso suspensa o *tigillo,*
Conservabat opes humilis casa, mitia p *sorba*
Inter odoratas pendebant texta q *coronas,*
Et tymbræ r *veteres, & pasîs uva racemis.*
Qualis in Actæa quondam fuit hospita terra
Digna sacris Hecates, quam Musa loquentibus annis
Battiadæ s *veteris mirando tradidit ævo.* *

CAP. XCVI. 1. Dum illa carnis etiam paullulum delibat, & coæqvale natalium suorum sinciput in carnarium furca reponit, fracta est putris sella, qvæ *a* staturæ altitudinem adjecerat, anumque suo pondere dejectam super foculum mittit. 2. frangitur ergo cervix *b* cucumulæ, ignemq; modo convalescentem exstinguit, *c* vexat cubitum ipsa stipite ardenti, faciemqve totam excitato cinere perfudit. 3. Consurrexi

I 7

o *tigno. Sunt tigilla trabes, quæ per tectum transversum disponuntur ad recipiendos lateres, scandalos aut stramineos fasciculos.* p *Arlesbeer.* q *florum.* r *aridæ saturejæ.* s *Callimachus, Battiadæ filius, qvi poëma Hecalen condidit. Gons.*

* *connex* purgatâ fabâ. a *mensa altari impositæ. Gons.* hat sie groß gemacht *Sc.S.* b *aheni, superne angusti cum porrecto collo.* c *lædit.*

rexi eqvidem turbatus, animq; non sine risu meo erexi: statimq; ne res aliqva sacrificium moraretur, ad reficiendum ignem in vicinia cucurri. 4. vix ad casæ hostiolum processeram, cum ecce tres anseres [d] sacri, qvi, ut puto, medio die solebant ab anu [e] diaria exigere, impetum in me faciunt, fœdeq; ac veluti rabioso stridore circumsistunt trepidantem: atqve alius tunicam meam lacerat, alius vincula calceamentorum resolvit, ac trahit: unus etiam, dux ac magister lævitiæ, non dubitavit crus meum serrato vexare morsu. 5. Oblitus itaqve nugarum pedem mensulæ extorsi, cœpiqve pugnacissimum animal armata elidere manu: nec satiatus defunctorio ictu, morte me anseris vindicavi

Tales Herculea [f] *Symphalidas arte coactas*
Ad cœlum fugisse reor, sanieque [g] *fluentes*
Harpyias, cum [h] *Phineo maduere veneno*

Falla-

d Priapo. e *dimensa, fabas.* f *aves Arcadiæ, hominibus infestas, quas Hercules abegisse dicitur.* g *veneno. Alii aliter legunt.* h *Phineus Arcadiæ rex, cujus cibi ab Harpyiis fuerunt fœdati, qvod Zethen & Calaida, filios, uxoris secundæ impulsu, cœcasset, qvi placati ex insidiis proruperunt, Harpyias qve abegerunt.*

Fallaces epulæ. tremuit perterritus æther
Planctibus insolitis, confusaque regia cæli
Visa suas moto transcurrere cardine metas.

6. Jam reliqvi revolutam, passimque per totum effusam pavimentum collegerant fabam, orbatiqve, ut existimo, duce, redierant in templum, cum ego præda simul atqve hac vindicta gaudens, post lectum occisum anserem mitto, vulnusqve cruris haud altum i aceto diluo. 7. Deinde convitium verens, abeundi formavi consilium: collectoqve k cultu meo ire extra casam cœpi. Nec dum libaveram cellulæ limen, cum animadverto Enotheam cum testo ignis pleno venientem. 9. Reduxi igitur gradum, projectaqve veste tanqvam expectarem morantem, in aditu steti. 10. Collocavit illa ignem l cassis harundinibus collectum, ingestisqve super pluribus lignis excusare cœpit moram, qvod amica se non dimisisset tribus m nisi potionibus è lege siccatis. CAP.

i *curandis vulneribus salutari. Lot comm. l. 2. c. 14* k *veste. Sic incedebant per urbem; stabant v. projecta veste Gons.* l *quassis, citius qvippe flammam concipientibus* m *Bacchi, primum poculum* sanitatis, *secundum* voluptatis, *tertium* somni.

Cap. XCVII. 1. Qvid porro tu, inqvit, me absente feciſti? aut ubi eſt faba? Ego, qvi putaveram me rem laude etiam dignam feciſſe, ordine illi totum prælium expoſui; &, ne diutius triſtis eſſet, jacturæ penſionem anſerem obtuli: qvem anus ut vidit, tam magnum æqve clamorem ſuſtulit, ut putares iterum anſeres limen intraſſe. 2. Confuſus itaqve & novitate facinoris attonitus qværebam, qvid excanduiſſet, aut qvare anſeris potius qvam mei miſereretur. 3. At illa complosis [a] manibus, Scelerate, inqvit, & loqveris? neſcis qvam magnum flagitium admiſeris. Occidiſti Priapi delicias, anſerem omnibus matronis [b] acceptiſſimum. 4. Itaqve ne te putes nihil egiſſe, ſi magiſtratus hoc ſcierint, ibis in crucem. Polluiſti ſanguine domicilium meum ante hunc diem inviolatum; feciſtiqve, ut me qvisqvis voluerit inimicus ſacerdotio pellat.

Hæc ait, & tremulo deduxit vertice [c] *canos,*
Conſecuitq; genas: oculis nec defuit [d] *imber.*
Sed

---

a *iræ indicio.* b *vigiles qvippe anſeres Priapo ſacri.* c *paſſis capillis lugebant. vid. ſupr. c. 71. 2.* d *lacrymæ.*

Sed qualis rapitur per valles improbus amnis,
Cum gelidæ periere nives, & languidus auster
Non patitur e glaciem rs soluta vivere terra.
Curgite f sic pleno facies manavit, & alto
Insonuit gemitu turbatum murmure pectus.

5. Rogo, inqvam, noli clamare: ego tibi pro anſere ſtrutiocamelum reddam. Dum hæc me ſtupente in lectulo ſedet, anſerisq; fatum complorat, interim Proſelenos cum impenſa ſacrificii venit, viſoqve anſere occiſo, ſciſcitata cauſſam triſtitiæ, & ipſa flere vehementius cœpit, meiq; miſereri, tanqvam patrem meum, non publicum anſerem occidiſſem. 6. Itaqve tædio fatigatus, Rogo, inqvam, expiare manus pretio licet, ſi vos provocaſſem, etiam ſi homicidium feciſſem. Ecce duos aureos pono, unde poſſitis & g deos, & anſeres emere. 7. Qvos ut vidit Enothea, Ignoſce, inqvit, adoleſcens, ſolicita ſum tua cauſſa: amoris eſt hoc argumentum, non malignitatis. Itaqve dabimus operam, ne qvis hoc ſciat. 8. Tu modo Deos roga, ut illi facto tuo ignoſcant.

---

e liqveſiat. f fluvio. g Et duos anſeres legit Boſch.

Quisquis habet nummos, secura h *naviget aura,*
Fortunamque suo i *temperet arbitrio.*
Uxorem ducat k *Danaen, ipsumque licebit*
Acrisium jubeat l *credere, quod Danaën.*
Carmina m *componat, declamet, concrepet omneis*
Et peragat caussas, sitque n *Catone prior.*
Jurisconsultus o *PARET, NON PARET, habeto,*
Atque esto quicquid Servius & Labeo.
Multa loquor. quidnis nummis præsentibus opta,
Et veniet. clausum possidet arca Jovem.
9. *Interea hæc me satagens* infra manus meas p ca-

h *potest navigare, feliciter agere.* i *potest temperare, ut hoc vel aliud cedat feliciter.* k *quam ab Acrisio patre turri inclusam corrupit Jupiter imbre aureo.* l *sc. nihil auro esse inaccessum. Gons.* m *Coronis quippe non est credendum c. 44.* n *severus censor. Illustrat hæc Horat. l. 2 Sat.* Divitias qui construxerit, ille clarus erit, fortis, justus, sapiens, etiam & rex & quicquid volet. o *De hac formula vid. Brissn. L. V. p. 371. qui autor plerasq; formulas Petronianas hinc inde explicat. Sensus: quicquid*

p camellam vini posuit, & cum digitos pariter extensos porris apioq; q lustrasset, avellanas nuces cum r precatione mersit in vinum: & sive in summum redierant, sive subsederant, ex hac conjecturâ ducebat: nec me fallebat, inanes scilicet, ac sine medulla ventosas nuces in summo humore consistere, graves autem & plenas integro fructu ad ima deferri. 12. *Tum ad anserem appellens sese* * recluso pectore extraxit s fortissimum jecur, & inde mihi futura prædixit. Immo, ne qvod vestigium sceleris supereſſet, totum anserem laceratum verubus confixit, epulasqve etiam lautas paulo ante, ut ipsa dicebat, perituro paravit. 13 Volabant t inter hæc potiones u meracæ. * *

CAP. CXIIX. 1. Profert Enothea a scorteum

---

qvid agat, quicqvid velit, set paratis nummis p *vas.* q *expiasset sanguine anserino inqvinatos.* r *magicis incantationibus. Vid. Lot. comm. l. 2 c. 15.* s *Heins.* fartissimum. t gingen herumb. *Sc. S.* u *meri, vini puri.* ** *connex.* aniculæ anserem, materiam antea tristitiæ, vorabant lætæ: illo exeso Enothea semiebria ad me respiciens: perficienda sunt, inquit, mysteria, simulqve

a *ex corio factum.*

teum fascinum, qvod ut oleo & minuto pipere atq; urticæ trito circumdedit femine, paulatim cœpit inserere ano meo. 2. Hoc crudelissima anus spargit subindo humore femina mea. * 3. Nasturcii succum cum abrotano miscet, perfusisqve inguinibus meis viridis urticæ fascem comprehendit, omniaqve infra umbilicum cœpit lenta manu cædere. *Urticis ustum fuga subductum exæstuans consectatur.*** 4. Aniculæ, qvamvis solutæ mero ac libidine essent, eandem viam tentant, & per aliqvos vicos secutæ fugientem, Prehende furem, clamant. Evasi tamen omnibus digitis inter præcipitem decursum cruentatis. * 5. Chrysis qvæ priorem fortunam tuam oderat, hanc vel cum periculo capitis persequi destinat.*** 6. Qvid huic formæ aut [b] Ariadne habuit, aut Leda simile? qvid contra hanc Helene, qvid Venus posset? Ipse Paris Dearum [c] lividinantium judex, si hanc in compa-

---

* *connex. qveritur secum doma de fortuna sua Polyænos,* * * * *connex. laudat Circen.* [b] *pulcherrimæ descriptio. Evolve nomina propria* [c] *livore percita rum.* libidinantium *alii*

paratione vidisset, tam petulantibus oculis, & Helenem huic donasset, & Deas. 7. Saltem si permitteretur osculum capere, si illud cæleste ac divinum pectus amplecti, forsitan rediret hoc corpus ad vires; & resipiscerent partes veneficio, credo, sopitæ. 8. Nec me contumeliæ lassant: Quod verberatus sum, nescio: quod ejectus sum, lusum puto; modo redire in gratiam liceat.

*** CAP. XCIX. 1. Torum freqventi tractatione vexavi, amoris mei quasi qvandam imaginem. * *Sic pervicax*

Non solum me numen, & implacabile fatum
Persequitur, prius a *Inachia* b *Tyrinthius*
ira (*phanam*
Exagitatus, onus c *cæli tulit: ante* d *pro-*
Juno-

alii, litigantium *Douſ. p.* vitilitigantium *Heinſius Boſch.* *** *connex. Nugæ Polyæni continuantur.*

* *Connex.* Inter heroas, ira Deorum inſectatos ſolatium qværens (*Polyænos*) in hæc erupi: a *Junonis* b *Hercules.* c *cum aurea mala ab Heſperiis reportaturus monitu Promethei, Atlantem miſit, ipſiusq; vice interea cœlum ſubiit.* d *prophanatam.* Pelias *Neptuni filius, novercam matris ſuper ipſam Junonis aram jugulavit.*

Junonem e *Pelias sensit: tulit infestus arma Laomedon: gemini* f *satiavit numinis iram Telephus: & regnum Neptuni pavit* g *Ulyxes. Me quoq; per terras per cani* h *Nereos æquor Hellespontiaci sequitur gravis ira Priapi.*

* * 2. Qværere à Gitone meo cœpi, num aliqvis me quæsisset. Nemo, inqvit, hodie: sed hesterno die mulier qvædã haud inculta januam intravit: cumq; diu mecum esset locuta, & me accersito sermone lassasset, ultimo cœpit dicere, te noxam meruisse, daturumqve serviles pœnas, si læsus in qverela perseverasset. * 3. Nondum qverelam finieram, cum Chrysis intervenit, amplexuqve effusissimo me invasit, &, Teneo i te, inqvit, qvalem speraveram: tu desiderium, tu voluptas mea, nunqvam finies hunc ignem, nisi sanguine exstinxeris. * * *

4. Unus

---

e *Rex Trojanorum.* f Minervæ, *artium & bellorum Dea; nam medicina pariter & bella male ipsi cesserunt Gons.* g *decennio in mari errans.* h *Dei marini.* ** *connex.* hæc meditatus. i *formula excipiendi inopinato occurrentes.* * *connex.* Hæc vehementer me torserunt, novaqve convitia in fortunam jeci, & ** *connex. Persuadet Chrysidi Polyanos, ut exeat domo, ne Eumolpus interveniat.* Vix egressa.

4. Unus ex novitiis servulis subito accurrit, & mihi dominum iratissimum esse affirmavit, qvod biduo jam [k] officio defuissem; recte ergo me facturum, si excusationem aliqvam idoneam præparassem. 5. Vix enim posse fieri, ut rabies irascentis sine verbere considat. [l] *

CAP. C. 1. Matrona inter primas honesta [m] Philomela nomine, multas sæpe hæreditates officio ætatis extorserat, tum anus & floris [n] exstincti, filium filiamqve ingerebat orbis senibus, & per hanc successionem artem suam perseverabat extendere. 2. Ea ergo ad Eumolpum venit, & commendare liberos suos ejus prudentiæ, bonitatiqve credere se & vota sua. 3. Illum esse solũ in toto orbe terrarum, qvi præceptis etiam salubribus instruere juvenes qvotidie posset. 4. Ad summam, relinqvere se pueros in domo Eumolpi, ut illum loqventem audirent, qvæ sola posset hæreditas juve-

k Hätte die Aufwartung versäumet. *Sc. S.*
l *Dum cum Gitone loqvitur.* m φιλουμένη amabilis n *vetula prope.*

juvenibus dari. 4. Nec aliter fecit ac dixerat, filiamqve speciosissimam cum fratre ephebo in cubiculo reliqvit, simulavitqve se in templum ire ad vota nuncupanda. 5. Eumolpus, qvi tam frugi erat, ut illi etiam ego puer viderer, non distulit puellam invitare ad Pigiciaca sacra. 6. Sed & podagricum se esse, lumborumqve solutorum omnibus dixerat, & si non servasset integram simulationem, periclitabatur totam pene tragœdiam evertere. 7. Itaqve, ut constaret mendacio fides, puellam qvidem exoravit, ut sederet supra commendatam bonitatem; Coraci autem imperavit, ut lectum, in qvo ipse jacebat, subiret, positisqve in pavimento manibus, dominum lumbis suis commoveret. 8. Ille lento parebat imperio, puellæqve artificium pari motu remunerabat. 9. Cum ergo res ad effectum spectaret, clara Eumolpus voce exhortabatur Coraca, ut spissaret officium. Sic inter mercenarium amicamqve positus senex, veluti oscillatione o ludebat.

10. Hoc

o auf den Seil schwencken / schumpen. *Sc. S.*

10. Hoc semel iterumque ingenti risu, etiam suo, Eumolpus fecerat. 11. Itaque ego quoque, ne desidia consvetudinem perderem, dum frater sororis suæ automata per clostellum miratur, accessi tentaturus an pateretur injuriam. 12. Nec se rejiciebat à blanditiis doctissimus puer, sed me numen inimicum ibi qvoqve invenit * * 13. Dii majores sunt, qvi me restituerunt in integrum. Mercurius enim, qvi animas ducere & reducere solet, suis beneficiis reddidit mihi, qvod manus irata præciderat, ut scias me gratiosiorem esse qvam Protesilaum, aut qvemqvam alium antiqvorum. 14. Hæc locutus sustuli tunicam, Eumolpoqve me totum approbavi. At ille primo exhorruit: deinde, ut plurimum crederet, utraqve manu deorum beneficia tractat. * a 15. Socrates b deorum hominumque

K

** *Connex.* Polyænos *nugatur* * *a connex.* *Sermo inter Eumolpum & Polyænum, captando captatores captari posse.* Omnes ajebam (*Polyænos*) *nostræ actiones cum prudentia convenire debent.* b Sensus est: *Socrates natura sua juracissimus cavit oculis, ne conspecta pecunia inescaretur.*

qve *judicio sapientissimus* gloriari solebat, qvod nunqvam neq; in tabernam conspexerat, nec ulliusturbæ freqventioris concilio oculos suos crediderat. 16. Adeo nihil est commodius, qvam semper cum sapientia loqvi. 17. Omnia, inqvam, ista vera sunt: nec ulli enim celerius homines incidere debent in malam fortunam, qvam qvi alienum concupiscunt. 18. Unde plani autem, unde levatores viverent, nisi aut locellos, aut sonantes ære sacellos pro hamis in turbam mitterent? Sicut muta animalia cibo inescantur: sic homines non caperentur spe, nisi aliqvid morderent. * c

Cap. CI. 1. Ex Africa navis, ut promiseras, cum pecunia tua, & familia tua non venit. Captatores d jam exhausti liberalitatem imminuerunt. 2. Itaqve aut fallor, aut fortuna communis cœpit redire ad pœnitentiam suam. * * e 3. Omnes qvi in testa-

* c *connex.* Qvamobrem Crotoniatæ tam laute hactenus nos exceperunt; *sed* d *hæredipetæ.* * e *connex.* Modum excogitavi, inquit Eumolpus, quo nostros Captatores valde sollicitos habeamus: simulque tabulas è pera trahens, sic ultimas legit voluntates.

testamento meo legata habent, præter liberos meos, hac conditione percipient qvæ dedi, si corpus meum in partes conciderint, & adstante populo comederint. 4. *Ne plus æquo exhorrescant*, apud qvasdam gentes scimus adhuc legem servari, ut à propinqvis suis consumantur defuncti, adeo qvidem ut objurgentur ægri freqventer, qvod carnem suam faciant peiorem. 5. His admoneo amicos meos, ne recusent, qvæ jubeo, sed qvibus animis devoverunt spiritum meum, eisdem etiam corpus consumant. *f* 6. Excæcabat ingens fama oculos, animosqve miserorum. * *g* Gorgias paratus erat exseqvi. * 7. De stomachi tui recusatione non habeo qvod timeam, seqvetur imperium, si promiseris illi pro unius horæ fastidio multorum bonorum

* f *connex. Cum prima capita legeret, intrantibus familiaribus tabulas recitat, qui audita comedendi cadaveris necessitate tristes fuerunt: sed* pergit Polyænos. * g *connex.* & illius ad aspectum tam humiles erant, ut de hac novitate conqveri non ausi fuerint. Ast unus ex eis nomine * dumodo diutiq non expectaret. Ad hoc Eumolpus

pensationem. 8. Operi modo oculos, & finge te non humana viscera, sed centies festertiûm comesse. Accedet huc, qvod aliqva invenietis blandimenta, qvibꝰ saporem mutemus. 9. Neqve enim ulla caro per se placet, sed arte qvadam corrumpitur, & stomacho conciliatur aversо. 10. Qvod si exemplis vis qvoqve probari consilium, Saguntini oppressi ab Hannibale, humanas edere carnes: nec hæreditatem expectabant. * *b* 11. Petavii idem fecerunt in ultima fame, nec qvicqvam aliud in hac epulatione captabant, nisi tantum ne esurirent. 12. Cum esset Numantia à Scipione capta, inventæ sunt matres, qvæ liberorum suorum tenerent semesa in sinu corpora. * Massilienses qvoties pestilentia laborabant, unus se ex pauperibus offerebat alendus anno integro publicis & purioribus cibis

* h *connex. His nugis factum est, ut planos & levatores* (vagabuudos) *omnes Crotoniatæ istos haberent. Qvo cognito fugit Polyænos cum Gitone, relicto satis iniquis Eumolpo, qvem à Crotoniatis mactatum paulo se accepisse dicit, Massiliotico more, adaꝛque.* Id ut intelligatis, scitote, qvod

bis. Hic postea ornatus verbenis & vestibus sacris, circumducebatur per totam civitatem cum execrationibus, ut in ipsum recíderent mala civitatis: & sic projiciebatur * i

* i connex. de rupe.

FRAGMENTA.

Encolpius ad Albuciam.

Candida si dereis ardescunt lumina flammis;
Fundunt colla rosas, & cedit crinibus aurum,
Mellea purpureum depromunt ora ruborem,
Lacteaq; admixtus sublimat pectora sanguis:
Ac totus tibi servit honor, formaque deartum
Fulges, & Venerem cœlesti corpore vincis.
Argento sat facta manus, digitisque tenellis
Serica fila trahens pretioso stamine ludis.
Planta decens modicos nescit calcare lapillos,
Et dura læsi scelus est vestigia terra,
Ipsa tuos cum ferre velis per lilia gressus,
Nulli sternuntur leviori pondere flores.
Gutturа nunc aliæ magnis monilibus ornent,
Aut gemmas aptent capiti: tu sola placere
Vel spoliata potes. Nulli laudabile totum,
In te cuncta probat si quisquam cernere possit.
Sirenum cantus, & dulcia plectra Thaliæ

Ad vocem tacuisse reor, qua mella propagas
Dulcia, & in miseros telum jacularis amoris.
Cor grave vulnus alit nullo sanabile ferro,
Sed tua labra meo sævum de corde dolorem
Depellant, morbumque animæ medicaminis
hujus
Cura fuget, nec tanta putres violentia nervos
Dissecet, atque tuæ moriar pro crimine causæ.
Sed si hoc grande putas, saltem concede precanti,
Ut jam defunctum niveis ambire lacertis
Digneris, vitamque mihi post fata reducas.
* Memphidites puellæ,
Sacris Deum paratæ.
* Tinctus colore noctis
Manu puer loquaci.
* Anus recocta vino
Trementibus labellis.
* Triplici vides ut ortu
Triviæ rotetur ignis,
Volucrique Phœbus axe
Rapidum pererret orbem.
* Non bene olet, qui bene semper olet:
Qui vultur jecor intimum pererrat,
Et pectus trahit, intimasque fibras,

Non

Non est quem lepidi vocant Poëtæ:
Sed cordis mala, livor atque luctus.
Totus fere mundus, mimum videtur implere.
** Non duco contentionis funem, dum constet inter nos, quod fere totus mundus exerceat histrionem. O maxima rerum,*
Et merito pietas homini tutissima virtus.
** Qui præesse cupit, prodesse recusat.*
Magnus in exemplo est, cui non sufficit orbis.
** Non est forma satis; nec, quæ vult bella videri,*
Debet vulgari more placere sibi.
Dicta, sales, lusus, sermonis gratia, risus,
Vincunt naturæ candidioris opus.
Condit enim formam, quicquid consumitur artis,
Et, nisi velle subest, gratia tota perit.
** Non satis est, quod nos mergis furiosa juventus:*
Transversosque rapit fama sepulta probris?
Anne etiam famuli cognata fæce sepulti
In testa mersas luxuriantur opes?

*Vilis servus habet regni bona cellaque capti
Deridet festram, Romuleamque casam.
Idcirco virtus medio jacet obruta cœno:
Nequitiæ classes candida vela ferunt.
* Primus in orbe Deos fecit timor: ardua cœlo
Fulmina cum caderent, discussaque mœnia flammis,
Atque ictus flagraret Athos, mox Phœbus ad ortus
Lustrata dejectus humo, Lunæq; senectus,
Et reparatus honos: hinc signa effusa per orbem,
Et permutatis disjunctus mensibus annus
Projecit vitium hoc: atq; error jussit inanis
Agricolas primos Cereri dare messis honores:
Palmitibus plenis Bacchum vincire: Falemque
Pastorum gaudere manu. natat obrutus, omni
Neptunus demersus aqua: Palusque cavernas
Vindicat. Et votivus, & qui vendidit orbem,
Jam sibi quisque Deos avido certamine fingit.

* Nolo

* *Nolo ego semper idem capiti suffundere co-*
stum:
Nec toto stomachum conciliare mero.
Taurus amat gramen mutatæ carpere valle,
Et fera mutatis sustinet ora cibis.
Ipsa dies ideo nos grato perluit hausto,
Quod permutatis hora recurrit equis.
* *Uxor legitima debet quasi census amari,*
Nec censum vellem semper amare meum.
* *Invenias quod quisque velit, non omnibus*
unum est,
Quod placet. hic spinas colligit, ille rosas.
* *Nam nihil est, quod non mortalibus afferat*
usum,
Rebus in adversis, quæ jacuere juvant.
Sic rate demersa fulvum dependerat aurum,
Remorum levitas naufraga membra vehit.
Cum sonuere tubæ, jugulo stat divite ferrum,
Barbara contemtu prælia pannus habet.
* *Linque tuas sedes, alienaque littora quære,*
O juvenis! major rerum tibi nascitur ordo.
Ne succumbe malis: te noverit ultimus Ister,
Te Boreas gelidus, securaque regna Canopi,
Quique renascentem Phœbum, cernuntque ca-
dentem.
Major in externas Itacus descendat arenas,

* *Nam citius flammas mortales ore tenebunt,*
Quam secreta tegant: quicquid dimittis in
aula,
Effluit, & subitis rumoribus oppida pulsat.
Nec satis est vulgasse fidem: simulatius exit
Proditionis opus, famamq; onerare laborat.
Sic commissa ferens avidus reserare minister
Fodit humum, Regisq; latentes prodidit aures.
Concepit nam terra sonos, calamique loquentes
Invenere Midam, qualem narraverat index.
* *Fallunt nos oculi, vagique sensus*
Oppressa ratione mentiuntur.
Nam turris, prope qua quadrata surgit,
Attritis procul angulis rotatur.
Hybleum refugit satur liquorem,
Et naris casiam frequenter odit.
Hoc illo magis, aut minus placere
Non posset, nisi lite destinata
Pugnarent dubio tenore sensus.
* *Jam nunc ardentes Autumnus fregerat*
umbras,
Atque hyemem tepidis spectabat Phœbus habenis:
Jam platanus jactare comas, jam cœperat
uvas

Adau-

Ad numerare suas defecto palmite vitis:
Anteoculos stabat quicquid promiserat annus.
**Sic & membra solent auras includere venis,*
Quæ penitus mersæ, cum rursus abire laborant,
Verberibus rimantur iter: nec desinit ante
Erigidus strictis qui regnat in ossibus horror,
Quam tepidus laxo manavit corpore sudor.
** Sic contra rerum naturæ munera nota*
Corvus maturis frugibus ova refert:
Sic format lingua fœtum cum protulit ursa,
Et piscis nullo junctus amore parit.
Sic Phœbæa chelys vinclo resoluta parentis
Lucinæ tepidis naribus ova fovet.
Sic sine concubitu textis apis excita ceris
Fervet, & audaci milite castra replet.
Non uno contenta valet natura tenore,
Sed permutatas gaudet habere vices.
** Naufragus ejecta nudus rate, quærit eodem*
Percussum telo, cui sua fata legat.
Grandine qui segetes & totum perdidit annum,
In simili deflet tristia fata sinu.
Funera conciliant miseros, orbique parentes
Conjungunt gemitus, & facit hora pares.
Nos quoque confusis feriemus sidera verbis,
Et fama est junctas fortius ire preces.

* *Omnia quæ miseras possunt finire querelas,*
In promptu voluit candidus esse Deus.
Vile olus & duris hærentia mora rubetis
Pugnantis stomachi composuere famem,
Flumine vicino stultus sitit; & riget Euro,
Cum calidus tepido consonat igne rogus.
Lex armata sedet circum fera limina nuptæ,
Nil metuit licito fusa puella toro.
Quod satiare potest dives natura ministrat,
Quod docet infrenis gloria, fine caret.
* *Judæus licet & porcinum numen adoret,*
Et cilli summas advocet auriculas:
Ni tamen & ferro succiderit inguinis oram,
Et nisi nodatum solverit arte caput,
Exemtus populo, Grajam migrabit ad urbem,
Et non jejuna sabbata lege premet.
Una est nobilitas argumentumque coloris
Ingenui, timidas non habuisse manus.

INDEX

INDEX RERUM ET VERBORUM.

Numerus paginam, litera *n* annotationes indicat.

A.

Achilles. 189, n
Aedon luscinia 193. n
Alea jacta sit. 169. n
ejus lusus. 54
Alecto furia. 1. n.
Amicitia fallax. 69. sq
Anser Priapi delitiæ. 208. (124. seq.
Apologetica oratio. 51
Aqua nivata. 51
Araneæ usus in curandis vulneribus. 105
Arena de ruina dimissit. 17
Argentum in purgamentis. 56
Artium contemtus, 76. 83.
Asturco. 79
Avaritia notatur. 73
artibus exitiosa. 82. seq.
Avellanæ nuces lustrales. 211.
Auro patent omnia. 210.
Autumni descript. 266.

B.

Bellū nōtra latitiū. 128.
Bilem ejurare. 90
Bona communia. 107

C.

Caballus in clivo. 200
Cæsaris tutel. dii. 176
Calvities notata 132.
Captator. capti 217. s.
Carmen sani coloris 6
Carnes humanæ cibus. 200
Casæ descriptio. 204
Cato rogare. 194 n
Cave, cave canem. 47
Chrysippi studia. 83
Cincœdus. 36. 9
Cogitationes hominū vanæ. 146. seq.
Confutatoria oratio. 125. seq
Conscientiæ morsy 180

Con-

Conviviorum luxus 45. seq.
Corymbion. 133
Crines in nave non radendi. 116
D.
Democriti studia. 83
Dieta magistri. 145
Diaria post asellum. 41
Divitum mores. 152
Divortii formula. 67
Duci ad liberos. 1
E,
Educationis paternæ vitia. 8
Eloqventiæ corruptæ causa. 2
Eqvus Trojanus. 86
Eudoxi diligentia. 82
F.
Fibri vitri ductilis historia. 64. seq.
Familiaris oculis. 21
Fœderum ritus. 110
Fœminarum levitas 134
Frigidior hieme Galli-
Fuga comparata, 206
Furiarũ descript. 177. n
genera. 1
G.
Gesticulatio dicentis. 185. n.
Globuli melliti. 2
H.
Hæredip. notati. 149. f.
Hannibal hostis 10.
Homuncio nil est. 57
I.
Iatraliptæ. 45
Impietas notata. 73
Implorare fidem. 35
Impurissimæ vita 42
Incantationis vis. 202
Interdictum qvotuplex? 23. n. 75. n.
Judæor. mores. 228.
Judicia corrupta. 23. f.
Jurare verbis concæptissimis. 142 (23.
Justitia comendata.
L.
Lacrymarum periphrasis, 209
Liti-

Litigare cũ ventis. 75.
Livor. pererrat. 222
Locus accumbentiũ qvis honestiſ 52. n.
amore dignus 193
Lucretia caſta. 16
Luctum diſsvadentia argumenta. 137
Lugentiũ habitꝰ. *208.*
Lunã deducere. 190. n.
Luxus in cibis peregrinis. 63. 94.
Romanorum. 156. ſ.
Lyrici novem. 4. n.

M.

Maris fides. 146 ſq.
Megæra furia. 1. n.
Menſam contumelia tollere. 96
Mercurius. 217
Militaris jactantia. 72
Mittas ad tibicines 190
Monochromon. 74
Mors mimica 98
varia. 147
Mulſum ſumere. 55
Mundꝰ de R. Imp. 156

N.

Natura dat, quod ſatis eſt 228.
Navigantiũ feræ. 136
nauſea. 116. n.
Neapolis 11. n.
Nummos medio met. 61
Nuptiar. ſolennia. 42.

O.

Orationis virtutes. 5
vitia. 5
themata inepta. 2.
Orcheſtra. 182
Oſcillatione ludere. 216
Oſtenta ante bellum civile. 166, ſq. n.

P.

Paupertas bonæ mentis ſoror 77
ejus ingenium. 204
Pecuniæ patent omnia. 210.
Peſtilentia unius pernicie expiata. 220.
Petronii apologia. 197
Pictorum veterum laus. 74 Pi-

Picturæ fata 6. 82
Pinacotheca 74
Plastæ. 83
Poëseos fata. 76. 89.
præcepta. 154. seq.
Pompeji tutel. Dii. 176
Prec. junct. fortior. 227
Prehende furem. 25 n. 212.
Priapus. 198. n.
carmine cultus. 199
ejus sacra 28. n.
Publius Syrus. 63.
Pulch. laus. 183. it. 221.

Rationem diducere. 19
Risus mimicus. 33
Risu dissolvere ilia 40
Rixæ dissvasio. 129.
Romæ venalia omnia. 159. (156. seq.
Rom. Reip. mutatio
Satietas continentiæ inimica. 138
Schedium 9
Scholæ vitia. 2
Secr. tegere difficil. 226
Secvtuleja. 71
Sententiæ morales. 73
Sesamum. 3. n.
Sestertia. 50. n.
Sideratio. 6. n.
Socios habuisse malorum, juvat. 213.
Socrates furacissimus naturâ; 227
Somniorũ causa. 117. sq
vanitas. 188
Somno in tertiana. 30
Spartana nobilitas. 120
Spirit. jejunio acer. 187. n.
Stigma 116.
Studiorum methodus. 8. n 9. 10. 12. n.
Styli vitia. 2. 9. n.
Stylus poëticus 154. s.

TApanta 61
Tarentum. 11. n
Tempestas descripta. 143
Teneo te. 214
Tesiphone. 1 n.
Testamentorum ineptæ conditiones. 219
Thebanum par. 68
Thucidides 6
Timor deos fecit. 224
Tituli qvid? 14
Tricliniarcha. 38
Trojæ halosis. 84
Tutela navigii. 129

VAriatio delectat 225
Verberare non perfunctorie. 19
Vitrea fracta 17
Ulysses. 102. 121. 197.
Umbraticus Doctor. 4
Volabant potiones meracæ 211
Uxor amanda. 225

FINIS.



T VERBORUM.
litera *n* annota-
licat.
Auro patent omnia.
210.
Autumni descript. 266.
B.
Bellū nōtra latitiū. 128.
Bilem ejurare. 90
Bona communia. 107
C.
Caballus in clivo. 200
Cæsaris tutel. dii. 176
Calvities notata 132.
Captator. capti 217. f.
Carmen sani coloris 6
Carnes humanæ ci-
bus. 200
Casæ descriptio. 204
Cato rogare. 194 n
Cave, cave canem. 47
Chrysippi studia. 83
Cincœdus. 36. 9
Cogitationes hominū
vanæ. 146. seq.
Confutatoria oratio.
125. seq
Conſciētiæ morſ 180
Con-